# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome C.
## Fasciculus 7.
Pagine {519}-{659}.

## Proprium de sanctis.
## Festi Junii.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXIV.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2014.
Revised July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2014.

# ℂ *Sancti Nichomedis, martyris.*

(*j. Junii.*)

*Oratio.*

DEus qui nos beáti Nichomédis mártyris tui méritis et intercessióne letíficas : concéde propícius, ut cujus benefícia póscimus, dono tue grátie consequámur. Per [Dóminum nostrum].[1]

*Tres lectiones fiant, et cetera de communi unius martyris.*[2] [679].

# ℭ *Sanctorum Marcellini et Petri martyrum.*

(*ij. Junii.*)

*Oratio.*

DEus qui nos ánnua sanctórum[3] mártyrum tuórum Marcellíni et Petri solennitáte letíficas : presta quésumus, ut quorum gaudémus méritis, instruámur exémplis. Per Dóminum [nostrum].[4]

*Tres lectiones fiant. Invitatorium duplex.*

*Lectio prima.*

ROme Marcellínus présbyter et Petrus exorcísta in custódia tenebántur : sub Dyocleciáno et Maximiáno imperatóribus,[5] et júdice Seréno. Qui beátus Petrus dum tenerétur in obscuríssimo cárcere vínculis ferreis astríctus, et custos cárceris nómine Artémius habéret fíliam únicam que quotídie a demónio vexabátur : ejus précibus sanáta est. Idem Artémius videns hoc factum, crédidit Dómino cum uxóre et fília supradícta nómine Paulína. Qui a beáto Marcellíno presbýtero cum multis áliis baptizáti sunt, ita ut absque muliéribus virorum fíeret trecentórum númerus.

*Lectio secunda.*

AUdiens hoc judex Serénus : jussit Marcellínum pugnis cedi. At ubi defecérunt cedéntes : ab eo Petrum separátum jussit ut nudum super vitri fragménta stérnerent in custódia : ut et victus ei et lumen negarétur. Deínde jussit eum in vínculis récipi : et pedes ejus in cippo artíssimo constríngi. Factum est autem dum separáti essent, appáruit ángelus Dómini Marcellíno presbýtero oránti nudo : et índuit eum vestiméntis suis, et addúxit eum ubi Petrus erat in cippo et ferro. Sed et ipsum solvit : et ambos perdúxit ad domum ubi nuper baptizáti orábant.

*Lectio iij.*

NOn post multum vero tempus cum beátus Artémius cum uxóre et fília senténtiam capitálem subiíssent : comprehénsi et illi ab his qui sanctos Dei mártyres punitúri erant, alligáti sunt retro mánibus ad

árborem : usque dum nunciarétur júdici Seréno de eis. Ille jussit eos duci in silvam nigram (que usque hódie in honórem sanctórum Silva Cándida appellátur) et in éadem ambos páriter decollári. Cumque ventum fuísset in médiam silvam : ipsi sibi mánibus suis mundavérunt locum a spinis. Ubi orántes simul et dantes sibi pacis ósculum : genu pósito decolláti sunt. Et qui eos decollávit : vidit ánimas eórum splén-dide ornátas ab ángelis ferri ad celos. [*53v.*]
Et peniténtiam agens : sub Júlio papa baptizátus est in senectúte sua [bona],[6] nómine Dorótheus.

*Cetera de communi plurimorum martyrum.* [739].

# ¶ *Sancti*[7] *Bonifacii sociorumque ejus martyrum.*

(*v. Junii.*)

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus, qui beáto Bonifácio et[8] sóciis ejus palmam martýrii contulísti : presta quésumus nobis eórum méritis indulgéntiam, qui eis largíri dignátus es corónam. Per [Dóminum].[9]

*Tres lectiones, invitatorium simplex, et cetera de communi plurimorum martyrum.*[10] [739].

# ℂ *Sanctorum Gildardi et Medardi[11] episcoporum.*

(*viij. Junii.*)

*Oratio.*

DEus qui nobis sanctam[12] hujus diéi solennitátem in honóre sanctórum confessórum tuórum atque pontíficum Medárdi et Gildárdi consecrásti : adésto famílie tue précibus et dona, ut quorum festa celebrámus, eórum mérito et auxílio sublevémur. Per Dóminum.

*Tres lectiones fiant.*

*Lectio prima.*

BEatíssimi Medárdi antístitis solennitátem que per univérsum orbem virtútum méritis propalátur : nequímus siléntio preteríre, quamvis non valeámus[13] verbis cuncta perstríngere. Pater hujus satus de génere Francórum : non fuit ínfimus in[14] libertáte. Mater vero ejus Romána, precióso fecúnda partu, plus plácuit Deo quam si integritáte serváta nequáquam se vínculis virílibus tradidísset. Quorum in Veromandénsium território : et habitátio fuísse dinóscitur et órigo.

*Lectio secunda.*

HIc morum maturitáte precéllens : conféstim cláruit apud urbis pontíficem conversatióne precípuus : apud cunctos mentis puritáte sincérus. Nunquam se letície ubertáte plus éxtulit : nunquam meróris aut ire fervor puritátem turbávit. Fuit semper tólerans in advérsis : mitis in prósperis. Cunctos obediéntie sedulitáte préferens, egéntibus larga miseratióne succúrrens : quicquid advérsum est hórruit, quicquid preciósum elégit.

*Lectio iij.*

DEfúncto in urbe Veromandénsium pontífice, ómnium votis expétitus : dignis méritis elevátus, póntifex consecrátus est. Ubi in conversatióne celésti ter quinis annórum currículis degens : insígnis sacerdótii excóluit devótus. Et nisi quod percússor córporis défuit :

cervícem feriénti libens supposuísset. Nam martýrium conféssor implévit, et sustínuit júgiter diábolo preliánte calúmniam : ut perveníret méritis ad corónam. Tunc póntifex beatíssimus membrórum compáge dissolúta : matúra longevitáte deféssus : réquiem deprecátus, spíritum emísit, et convéxa celi athléta triumphális expétiit.

*Cetera* [*omnia*][15] *de communi plurimorum confessorum* [*et pontificum*].[16] [855].

# ℭ *Translatio Sancti Edmundi episcopi.*[17]

(*ix. Junii.*)

[*ix. lectiones.*][18]

*Oratio.*

DEus qui nos[19] beáti Edmúndi confessóris tui atque pontíficis translatiónem celebráre concédis : te supplíciter[20] exorámus, ut ejus méritis et précibus a víciis ad virtútes, et a cárcere transferámur ad regnum. Per Dóminum nostrum.

*Eodem die ad primas vesperas et ad matutinas fiat memoria de martyribus Primo et Feliciano. In tempore vero paschali ad j. vesperas cum hac antiphona* Lux perpetua. *Major.* [*in communi*].[21] [628]. *Versiculus* Preciosa est [in conspéctu Dómini].[22] [634].

*Alio vero tempore anni, ant.* Gaudent in celis. *in communi,* [748]. *vel ant.* Isti sunt sancti. *in communi,* [749]. ℣. Letámini in Dómino [et exultáte justi].[23] [748].

*Oratio.*

FAc nos quésumus Dómine sanctórum mártyrum tuórum Primi et Feliciáni semper festa sectári : quorum suffrágiis protectiónis tue dona sentiámus. Per [Dóminum].[24]

ℭ *Ad matutinas tres prime lectiones de communi unius confessoris et pontificis fiant :* ℟. *vero in primo et in tertio nocturno de communi unius confessoris et pontificis.* [804].

*In paschali vero tempore iij. lectiones de communi unius confessoris et pontificis tantum legantur.* [804].

*Extra tempus autem pasche quando fiunt ix. lectiones tunc fiant tres medie de martyribus.*

*Lectio quarta.*

GLoriosíssimi mártyres Primus et Feliciánus in Dómino semper vivéntes : a pontificibus templórum apud imperatóres quod Christiáni essent incusáti sunt. Et inquisíti (erant enim cives Románi) addúcti sunt in conspéctu[25] imperatórum. Et jussérunt eos ferro vinctos in cárcerem trudi. Ubi áffuit eis ángelus Dómini : qui eos

consolarétur. Post áliquot vero dies : jussérunt eos imperatóres suis aspéctibus presentári. Et jussérunt milítibus ut dúcerent eos ad fanum [54r.] Hérculis, et si sacrificáre nollent fórtiter eos penis afflígerent.

*Lectio v.*

CUm nulla possent sancti[26] ratióne movéri, sed pro Christi nómine optárent magis mori : extendérunt eos mílites et virgis fórtiter mactavérunt. Et cum renunciárent imperatóribus mílites que gesta sunt : iráti valde jussérunt eos tradi Promóto presídi civitátis Numentáne, et divérsis penis interfíci. Et accipiéntes eos mílites duxérunt in viam que vocátur Numentána ferro vinctos, et misérunt eos in cárcerem juxta forum civitátis : ubi íterum angélica visitatióne relevántur. Tu autem.

*Lectio sexta.*

CUm invictíssimi persísterent sancti mártyres, angustiátus preses jussit eos ad amphitheátrum duci : ac duos leónes eis dimítti. Quibus ad pedes eórum ruéntibus : laxáti sunt et ursi ferocíssimi. Sed et ipsi virtúte mártyrum sevíciam perdidérunt. Quod vidéntes hi qui ad spectáculum convenérant : pene millo quingénti viri miráculis percúlsi, credidérunt in Dómino. Verum preses cum insuperábiles eos cérneret : gládio animadvérti precépit. Quorum córpora nocte a fidélibus Christiánis rapta : sepúlta sunt ad arcus Numentános, intra arenárium, quinto idus Június ab urbe Roma miliário quartodécimo.

*Tres ultime lectiones de expositione evangelii* Homo quidam péregre. *in communi.* [814].

## *Memoria de martyribus.*[27]

*In tempore paschali* [*cum hac*][28] *ant.* Lux perpétua. *Minor* [*in communi*].[29] [616]. *Versiculus* Preciósa est. [634].

*Alio vero tempore anni ant.* Istórum est enim. [778]. *vel ant.* Lavérunt stolas. *in communi* [779]. ℣. Mirábilis Deus. [192]. *Oratio ut supra.* {525}.

*Et cetera omnia ad utrasque vesperas et ad matutinas et ad alias horas de communi*

*unius confessoris et episcopi*[30] *prout tempori conveniat dicuntur : cum oratione hujus diei.*

# ℭ *Sancti Barnabe apostoli.*

(*xi. Junii.*)

*Oratio.*

ECclésiam tuam quésumus Dómine beáti Bárnabe apóstoli tui comméndet orátio : et pro ea interventor exístat, quam doctrína et passióne illústrat. Per Dóminum.

*Novem lectiones fiant : invitatorium triplex.*

*Lectio prima.*

BEátus Bárnabas qui et Joseph Cýprius génere, eo fere témpore quo sancta ecclésia grátiam Spiritussáncti suscépit : tértio vidélicet post ascensiónem[31] Dómini anno, cum Paulo apóstolo ad apostolátus celsitúdinem et géntium predicatiónem, vocánte Spíritu Sancto, eléctus est. Qui quáliter quamque perfécte in assignáto sibi divínitus ministério desudáverit : Lucas evangelísta in Actibus apostolórum luculénto sermóne declárat.

*Lectio ij.*

QUómodo vero per martýrii palmam ad corónam glórie vénerit : Johánnes discípulus ejúsdem Bárnabe cognoménto Marcus fidéli relatióne osténdit. Idem enim Lucas (beáto apóstolo Paulo in predicatióne semper cohérens) sancti Bárnabe finem cérnere non váluit. Bárnabas ígitur cum esset apud Icónium cum beáto Paulo apóstolo : appáruit ei per visum Dóminus Jesus Christus dicens, Constans esto Bárnaba : credéndo veríssime, quóniam pro sancta devotióne qua reliquísti generatiónem tuam pro nómine meo, prémia percípies etérna.

*Lectio tertia.*

CUnque de Icónio pertransíssent Antióchiam : angélica vísio per noctem facta est beáto Paulo apóstolo dicens, Celériter própera Hierúsalem nec moram fácias : quóniam fratres valde prestolántur advéntum tuum. Quod cum beáto Bárnabe pánderet : ait beátus Bárnabas, Quia voluntáti Dei contradícere non éxpedit : fiat volúntas Dómini. Tantum obsécro

intercéde pro me ad Dóminum : ut decertátio mea fiat acceptábilis in conspéctu ejus. Nunc enim própero Cyprum, et post módicum finem complébo vite : faciem tuam próthdolor[32] ultra corporáliter non visúrus.

*Lectio iv.*

TUnc prócidit Bárnabas ad pedes Pauli : et flevit diu amáre. Cujus dolóri Paulus compátiens : Noli inquit merére frater, non enim sine divíno mystério id ágitur. Namque appáruit michi hac nocte Dóminus dicens, Ne prohíbeas Bárnabam ire Cyprum : quóniam preparáta est ei grátia Dei ad illuminatiónem multórum, et sacrum martýrium perficiéndum. Tu autem perge Hierúsalem : ad loca sacra visitánda. Tunc pósitis génibus orántes, et óscula sibi dantes : adínvicem valefecérunt. Bárnabas vero ascéndens navem, descéndit Laodíciam[33] : decértans ut pérgeret Cyprum.

*Lectio quinta.*

[*54v.*] CUm autem Bárnabas pervenísset Cyprum : invénit ibi Timónem et Aristiónem fámulos Dómini. Timon autem urebátur fébribus. Cui cum manus imposuísset beátus Bárnabas, et sacrum Evangélium, per invocatiónem Dómini Salvatóris statim febris fugáta est : et ádeo corroborátus est infírmus, ut contínuo apóstolum cum gáudio sequerétur. Ex doctrína namque apostolórum beátus Bárnabas Evangélium sancti Mathéi secum ferébat : et ubicúnque inveniébat infírmos ponébat illud super eos, et contínuo sanabántur a quocúnque languóre tenebántur. Visitátis ígitur et in fide confortátis paréntibus suis, beátus Bárnabas exívit a Cypro : inde Paphum transitúrus.

*Lectio vj.*

CUm ítaque beátus Bárnabas a Cypro Paphum tránsiit, óbvium hábuit ímpium et malefícum Judéum nómine Bárjeu : quem fídei resis-téntem olim beátus Paulus non perpetuáliter, sed ad tempus lúmine privávit[34] dicens, Eris cecus usque ad tempus. De quo líquido constat quod ad precem Sérgii procónsulis per beátum Paulum apóstolum convérsus lumen recéperit : sed póstmodum sicut ille Symon magus apostatándo

transgréssor factus sit. Hic ítaque cum cognovísset beátum Bárnabam : malícia commótus, prohíbuit eum introíre Paphum. Proínde apóstolus revértens : introívit Salamínam.

*Lectio vij.*

INvénit apóstolus in Salamína synagógam Judeórum, quam ingréssus, exhortári cepit ad fidem, et per Evangélium sancti Mathéi grátiam Christi introdúcere. Hoc cum prefátus comperísset Bárjeu, et quia plúrimi Judeórum recepíssent predicatiónem sancti apóstoli : omnem malíciam iniquitátis sue osténdens, seditióne facta contra sanctum apóstolum, fecit eum comprehéndi. Et querébant trádere cónsuli ejúsdem Salamíne civitátis : affligéntes illum multis supplíciis et váriis cruciátibus. Sed vériti nímium ne eriperétur de mánibus suis, ligántes funem in collo ejus noctúrno témpore a synagóga in ypodrómum pertraxérunt, et deínde foras portam.

*Lectio viij.*

POst hec autem circundántes illum igne : crudéliter cremavérunt. Sicque beátus apóstolus post multos agónes et diutúrna certámina, pro Christi nómine adústus : migrávit ad gáudia sempitérna. Impii autem Judéi non satiáti de nece illíus zelo concitáti, tulérunt sacratíssimum corpus ejus, et in locéllo plúmbeo recludéntes : in mare precipitáre disponébant. Interim prefátus Johánnes discípulus ejus (qui et Marcus) una cum áliis fidélibus occúlte noctúrno témpore tulérunt illud, et collocavérunt in cripta que olim fúerat habitátio Jebuseórum : tértio idus Júnii, hoc est, undécima die ipsíus mensis.

*Lectio ix.*

PRopter hanc ítaque occúltam collocatiónem plúrimis annórum currículis venerábile corpus illud látuit : nec inveníri a Christícolis váluit. Sed per grátiam Dei omnipoténtis, qui non pátitur occultári glóriam sanctórum suórum témpore Zenónis imperatóris et sancti Gelásii pape, eódem sancto apóstolo reveláte invéntum est : atque cum hymnis et láudibus mirífice collocátum. Nos ergo fratres charíssimi sancti hujus et gloriósi apóstoli ac mártyris Bárnabe, vitam et devotiónem admirántes,

ejúsque vestígia sequéntes, in hac illíus festivitáte spirituáli jocunditáte letémur : quátenus illo interveniénte a peccatórum máculis exúti, in judício Dómini inter justos inveniámur, et cum eo vitam etérnam percípere mereámur, prestánte Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus per ómnia sécula seculórum amen.

*Et cetera* [*omnia*][35] *de communi unius apostoli paschalis temporis.*[36] [615]. *vel* [643].

# ¶ *Sanctorum Basilidis, Cirini, et Naboris, et Nazarii, martyrum.*

(*xij. Junii.*)

*Oratio.*

SAnctórum mártyrum tuórum Basílidis, Ciríni, Nabóris, et Nazárii quésumus Dómine natalícia nobis votíva respléndeant : et quod illis cóntulit excelléntia sempitérna, frúctibus nostre devotiónis accréscat. Per Dóminum.

*Tres lectiones fiant. Invitatorium duplex.*

*Lectio j.*

BEátus Nazárius a sancto Cleménte instrúctus et baptizátus est : quem Anolínus, sub rábie persecutiónis que per Nerónem excitáta est, diu macerátum
[*55r.*] et afflíctum in cárcere, et cum eo beatíssimum púerum Celsum[37] quem idem ipse nutríerat gládio feríre jussit. Quorum córpora Christiáni furáti : quinto kaléndas Augústi sepeliérunt foras portam que dícitur Rómana : in própriis ortis.

*Lectio secunda.*

REveláverant autem se beáti mártyres cuidam Cerátio nómine : cui uxor erat Fortunáta, et per visum monúerant se occultári, propter rábiem persecutiónis quam Nero ímpius excitáverat. Latuérunt autem usque ad témpora Honórii et Archádii imperatórum. Quos beátus Ambrósius Dómino reveláte répperit. Patefácto autem sepúlchro in quo jacébat corpus beáti Nazárii (qui quando passus fúerat usque tunc témporis ignorabátur) vidérunt sánguinem mártyris tam recéntem qui preséntes erant, quasi éadem die fuísset effúsus.

*Lectio tertia.*

CAput étiam ejus quod ab ímpiis fúerat abscisum, ita íntegrum atque incorrúptum cum capíllis cápitis et barba repperérunt : ut viderétur eódem témpore quo levabátur lotum atque compósitum in sepúlchro.

Etiam odóre tanto repléti sunt : ut ómnium aromátum vínceret suavitátem. Quo leváto et in lectíca compósito : statim ad Celsum mártyrem qui in eódem orto pósitus erat ad oratiónem perréxit sanctus epíscopus : et utrósque tránstulit ad Basílicam Apostolórum que est in Roma. Invénti autem et transláti sunt : prídie idus Júnii. Festívitas vero eórum ágitur quinto kaléndas Augústi de martýrio. Commemorátio tamen eórum pública et célebris, in die sanctórum Gervásii, et Prothásii, a fidélibus pópulis frequentátur, et venerabíliter cólitur.

*Cetera* [*omnia*][38] *de communi plurimorum martyrum.* [723].

# ℂ *Sancti Basilii episcopi et confessoris.*

(*xiv. Junii.*)

*Oratio.*

DEus qui beátum Basílium confessórem tuum doctórem precípuum, catholicéque fidei predicatórem elígere dignátus es : presta quésumus, ut ipso pro nobis intercedénte, peccatórum nostrórum mereámur éxui malis, et tibi Dómino sincéris méntibus deservíre. Per Dóminum.

*Tres lectiones et cetera fiant de communi unius confessoris et pontificis.*[39] [791].

# *Sanctorum Viti, Modesti, et Crescentie, martyrum.*

(*xv. Junii.*)

*Oratio.*

COncéde quésumus ommípotens Deus : ut sanctórum mártyrum tuórum Viti et Modésti atque Crescéntie, quorum celebrámus victórias, participémur et prémiis. Per Dóminum nostrum.

*Tres lectiones fiant. Invitatorium duplex.*

*Lectio j.*

BEátus Vitus in puérili etáte virtútibus matúrus primum a patre suo sacrilégo Hila, ut a cultúra Dei discéderet tentátus est : deínde a Valeriáno júdice cathénis cesus et virgis férreis,[40] in confessióne Christi permánsit. Inde rédditus patri, cum penis illum afflígere pater meditarétur : mónitu ángeli navem conscéndens, comitántibus secum Modésto et Crescéntia nutritóribus suis ad Tanagritárum territórium devénit. Inde propter fíliam Dyocleciáni imperatóris demónio vexátam quésitus, et addúctus ad Dyocleciánum : ipsam ejus fíliam oratióne curávit. Tu autem [Dómine miserére nostri].

*Lectio secunda.*

CUm ei imperátor ímpius suádere vellet multis donis promíssis ut cultúram diis impénderet, ejúsque anímum de bono propósito mutáre non posset : artíssimis vínculis férreis astríctum, in cárcerem tetérrimum indúci jussit, cum quo páriter Modéstum atque Crescéntiam. Deínde circunstánte pópulo in amphiteátro sistúntur : quos Dyocleciánus in ollam resína et pice succénsam, et plumbo solúto fervefáctam jactári precépit. Ubi sancti mártyres psalléntes in modum trium puerórum : hymnum Dómino dicébant. Et egréssis illésis vúltibus de olla : dimíssus est eis leo ferocíssimus. Qui mox ad pedes eórum cecídit : et lingua sua pedes mártyrum língere cepit.

*Lectio tertia.*

AD últimum victus per ómnia sacrilégiis imperátor simul et videns multitúdinem pópuli miráculis percúlsam et ad Christum verum Deum convérsam : catástam parári jussit, et servos Dei superexténdi. Cunque cederéntur mártyres Dei ossibásque discinderéntur : tonítruum magnum factum est, choruscatiónes, atque tam magnus terremótus, ut templa deórum corrúerent, et multos [*55v.*] opprímerent. Floréntia vero fémina nobilíssima córpora sanctórum collégit : et in loco qui dícitur Marínus, cóndita aromátibus sepelívit.

*Cetera de communi plurimorum martyrum.* [739].

# ℂ *Translatio sancti Richardi episcopi et confessoris.*

(*xvj. Junii.*)

*Novem lectiones.*

*Oratio.*

DEus qui nos translatiónem beatíssimi Richárdi confessóris tui atque pontíficis solénniter celebráre concédis : tríbue nobis quésumus ejus méritis et précibus, a mundi hujus transíre miséria, et ad gáudia perveníre celéstia. Per Dóminum.

ℂ *Eodem die ad j. vesperas et ad matutinas fiat memoria de martyre Cirico et Julita matre ejus.*

*Oratio.*

EXáudi nos Dómine Deus [salutáris][41] noster, cum sanctórum mártyrum tuórum Ciríci et Julíte matris ejus tibi patrocínio supplicántes : ut quorum celebrámus triúmphum, póssimus retinére constántiam. Per Dóminum.

## ℂ *Ad matutinas.*

*Tres prime lectiones de communi unius confessoris et pontificis, et tres medie de martyribus* [*Cyrico et Julita*][42] *tantum.*[43]

*Lectio iv.*

FActa persecutióne Christianórum, sub Alexándro imperatóre in pártibus oriéntis : preses Alexánder Julítam, matrónam, nóbilem, Christiánam suis jussit presentári tribunálibus. Que fílium alébat párvulum nómine Cýricum : cui cum lacte carnis disciplínam trádidit divíne legis. Ad quam preses ait, Hortor te ut sacrífices diis : ántequam ad torménta ducáris. Que dixit, Nec diis tuis ímmolo : nec torménta pavésco.

*Lectio quinta.*

INtérea tenéllus infans Cýricus a préside blandiméntis demulcétur : deínde minis exasperátur. Illo vero blandiéntem eque ut et[44] minántem parvipéndens : jubénte préside cesus est vehementíssime. At ille eréctis in celum óculis et parvis mánibus expánsis : benedicébat nomen Salvatóris. Cui preses calcem[45] cum acéto et sinápi in os mitti precépit. Deínde páriter clavis confíxi : evúlsis óculis in cárcerem trusi sunt.

*Lectio sexta.*

ERant in éadem custódia in vínculis deténti círciter quadringénti quadragintaquátuor viri, quos indústria pie matris Julíte filiíque ejus Cýrici, ad fidem convértit Dómini Jesu Christi. Quo compérto : Alexánder data senténtia, jussit eos quantótius plecti capitáli pena, Julítam vero cum suo tirúnculo sibi presentátos, primum crudéliter excoriári ac sic super carbónes in lecto éreo assári. Post hec serris attrítos linguas eórum precídi[46] : et ad últimum cápita eórum precépit amputári. Sicque felíces eórum ánime néxibus solúte corpóreis : candidátis sanctórum mártyrum sociáte sunt choris.

*Tres ultime lectiones de expositione Evangelii* Homo quidam péregre. *in communi* [791]. *Et cetera* [*omnia*][47] *de communi unius confessoris et pontificis.* [791].

# ¶ *Sanctorum Marci et Marcelliani [fratrum et][48] martyrum.*

(*xviij. Junii.*)

[*iij. lectiones.*][49]

*Oratio.*

PResta quésumus omnípotens Deus, ut qui sanctórum mártyrum tuórum Marci et Marcelliáni natalícia cólimus : a cunctis malis imminéntibus eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

*Invitatorium duplex.*

*Lectio prima.*

SAncti mártyres Christi Marcelliánus et Marcus duo gémini fratres, jussu Cromátii urbis Rome prefécti pro Christi nómine comprehénsi : cum ydólis sacrificáre nollent, in carcerálibus vínculis sunt pósiti. Qui fugitíva séculi blandiménta respuéntes, et momentánea tormentórum génera non timéntes, ac vérbera carníficum ánimo perseveránti transeúntes, cum in Christi confessióne durárent, capitálem jussi sunt subíre senténtiam, ea ratióne, ut si eódem moménto quo decollándi erant sacrifíciis consensíssent : et paréntibus et conjúgibus et fíliis et facultátibus redderéntur. Erant enim génere claríssimi viri : sed et facultátibus ditáti.

*Lectio ij.*

PAréntes ergo sanctórum prefécto urbis trigínta diérum indúcias impetrántes : agébant intérea cum eis, quátenus ad thurificándum ydólis consentírent. Mater autem sanctórum Márcia, et pater Tranquíllinus vocabátur, qui ita podágrico et cyrágryco erat dolóre constríctus : ut vix in mánibus portarétur. Hi ergo mónitis sancti Sebastiáni ab infidelitáte ad fidem Dómini cum áliis plúribus convérsi : a sancto Policárpo [*56r.*] presbýtero sunt baptizáti. Tranquíllinus autem dum interrogarétur si créderet in Patrem et Fílium et Spíritum Sanctum : statim ut respóndit, Credo, ita solúte sunt manus et plante pedum ejus acsi puérulus

renovátus pédibus suis in fontem descénderet, clamans et dicens, Tu es Deus unus et verus : quem miser iste mundus ignórat. Tu autem [Dómine miserére nostri].

*Lectio tertia.*

POst hec martyres Christi Marcelliánus et Marcus prefécto urbis nómine Fabiáno presentáti : ambo ad stípitem sunt ligáti. Deínde pédibus clavis acutíssimis transfíxi : in Christi confessióne stabant secúri. Dicébat autem infelicíssimus preféctus, Tándiu fixis stábitis plantis : donec diis débitum reddátis offícium. Tunc ambo fratres confíxi : dicébant prefécto, Nunquam tam bene epuláti sumus. Modo enim cépimus esse fixi in amóre Christi. Utinam nos sic esse tándiu permíttas : quámdiu hujus córporis tégimur induménto. Et psallébant inter se dicéntes, Ecce quam bonum et quam jocúndum : habitáre fratres in unum. Cum transíssent[50] ergo una dies et una nox, et illi in psalmis et hymnis perseverárent : jussit preféctus eos ambos ubi stabant, lánceis per látera verberári. Sic ígitur predícti sancti per martýrii glóriam : ad sidérea regna migrárunt.

[*iij.*][51] ℟. [*erit*][52] Hec est vera fratérnitas. *in communi.* [762].

*Et cetera de communi plurimorum martyrum.* [739].

# ℭ *Sanctorum Gervasii et Prothasii, fratrum et martyrum.*

(*xix. Junii.*)

*Oratio.*

Deus qui nos ánnua sanctórum mártyrum tuórum Gervásii et Prothásii solennitáte letíficas : concéde propícius, ut quorum gaudémus méritis : accendámur exémplis. Per Dóminum.

*Tres lectiones fiant. Invitatorium duplex.*

*Lectio prima.*

Sanctórum Gervásii et Prothásii mártyrum pater quidem Vitális et mater Valéria dicti sunt : quos uno ortu géminos genuérunt : et unum Prothásium, álterum Gervásium vocavérunt. Cunque ab intestáto jure sancti Vitális mártyris Christi, et matris sue bone memórie Valérie património successíssent : domum própriam in qua nati fúerant, id est in Castro Barriáno super flúvium Padum, et res univérsas paréntum et caséllulas venundántes, omne précium paupéribus erogavérunt, et familióle sue quam ingénuam fécerant.

*Lectio ij.*

Post hec autem in uno cenáculo se conclusérunt, et per decem annos lectiónibus et oratiónibus adheréntes : hoc órdine anno undécimo conversiónis sue, vidélicet tertiodécimo kaléndas Júlii, ad palmam martýrii pervenérunt. Consummáto vero triúmpho : amátor quidam nómine Philíppus repósuit eos in sarcóphago lapídeo premónitus celésti oráculo. Ut vero omnipoténti Dómino plácuit qui est gloriósus in sanctis suis : beatíssimo Ambrósio Mediolanénsi epíscopo per visum appáruit, quo loco láterent mártyrum córpora. Quid multa ? Dóminus grátiam dedit : formidántibus étiam cléricis jussit eruderári terram.

*Lectio iij.*

ADerant autem per circúitum presbýteri et vicinárum úrbium epíscopi. Quibus íbidem consisténtibus : primus ipse terre fossor ádvenit. Eo loco qui est ante cancéllos sanctórum Nabóris et Felícis : invénit ibi beátus Ambrósius signa conveniéntia. Ad locum sancti sepúlchri repperérunt archam : et in ipsa pósitos odóre fragrántes, ossa ómnia intégra, sánguinis plúrimum. Proláta et effóssa mártyrum córpora : obláta sunt ómnium conspéctibus. Quid multa ? Condiúntur intégra, ad órdinem transferúntur, véspere jam incumbénte ad basílicam Fauste : ibi vigílie tota nocte, ingens concúrsus pópuli.[53] Sequénti die in hymnis et cánticis ad basílicam Ambrosiánam deduxérunt.

[*Tertium*][54] ℟. [*erit*][55] Hec est vera fratérnitas. *in communi.* [762].

*Et cetera de communi plurimorum martyrum.* [739]

# ¶ *Translatio sancti Edwardi regis et martyris.*

(*xx. Junii.*)

*Oratio.*

DEus etérni triumphátor impérii famíliam tuam propícius réspice translatiónem celebrántem regis Edwárdi[56] : et presta, ut sicut illum múnere glorificáre dignáris celésti : ita nos ejus obténtu etérne felicitáti fácias dignánter ascríbi. Per Dóminum.

¶ *Ad matutinas ix. lectiones de alio festo* [*ejusdem*][57] *fiant, nisi facte fuerint in xl. tunc fiant hic tres lectiones de communi unius martyris : et cetera cum invitatorio duplici.* [*56v.*]

*Quando hec translatio cum ix. lectionibus*[58] *hic celebratur : tunc dicatur ad primas vesperas super psalmos ant.* Iste sanctus. *in communi* [679]. *Capitulum.* Beátus vir qui in sapiéntia. [680]. ℟. Beátus vir qui suffert. *in communi* [708]. *Et tunc in festo sancti Albani si in eadem ebdomada contigerit : dicatur ad primas vesperas super psalmos ant.* Beátus vir. *in communi* [679]. *Capitulum.* Iste sanctus. [*in communi*][59] [680].

# Sancti Albani prothomartyris Anglorum.[60]

(*xxij. Junii.*)

## *Ad primas vesperas.*

℟. Perceptúrus. *in communi.* [709].

*Super* Magníficat.

1520-S:2v; 1531-S:56v.




*Ps.* Magníficat. 53*.

*Oratio.*

Deus qui hunc diem beáti Albáni martýrio consecrásti : tríbue quésumus, ut cujus ánnuo gratulámur offício, ejus contínuo foveámur auxílio. Per [Dóminum].[61]

## *Ad matutinas.*

*Novem lectiones.*

*Lectio prima.*

(*Beda, lib.* I. *hystorie ecclesiastice gentis Anglorum, capite* 6. *et sequentibus.*)

ANno Dóminice incarnatiónis ducentésimo octogésimo sexto, Dyocletiánus in oriénte, Maximiánus Hercúlius in occidénte, vastári ecclésias, afflígi interficíque Christiános : décimo post Nerónem loco precepérunt. Que persecútio : ómnibus fere anteáctis diutúrnior atque immánior fuit. Nam per decem annos incéndiis ecclesiárum, proscriptiónibus innocéntum, cédibus mártyrum incessabíliter aucta est. Dénique étiam Británniam cum plúrima confessiónis Deo devóte glória sublimávit. Síquidem in ea passus est sanctus Albánus, de quo présbyter Fortunátus in laude vírginum, cum beatórum martyrum (qui de toto orbe ad Deum venírent) mentiónem fáceret : ait, Albánum egrégium fecúnda Británnia profert.

*Lectio ij.*

QUi vidélicet Albánus pagánus adhuc cum perfidórum príncipum mandáta advérsum Christiános sevírent : cléricum quendam persecutóres fugiéntem, hospítio recépit. Quem dum oratiónibus contínuis ac vigíliis die noctúque studére conspíceret : súbito divína grátia replétus,[62] exémplum fídei ac pietátis illíus cepit emulári, ac salutáribus ejus exhortatiónibus paulátim edóctus, relíctis ydolátrie ténebris, Christiánus intégro ex corde factus est. Cumque prefátus cléricus áliquot diébus apud Albánum hospitarétur : pervénit ad aures nephándi príncipis confessórem Christi, cui necdum fúerat locus martýrii deputátus, penes Albánum látere. Tu autem.

*Lectio tertia.*

UNde statim jussit mílites eum diligéntius inquírere. Qui cum ad tugúrium mártyris perveníssent : mox se sanctus Albánus pro hóspite ac magístro suo, ipsíus hábitu, id est, caracálla qua vestiebátur indútus milítibus exhíbuit : atque ad júdicem vinctus perdúctus est. Cóntigit autem júdicem ea hora qua ad eum Albánus adducebátur aris assístere : ac

demónibus hóstias offérre. Cunque vidísset Albánum mox ira succénsus nímia, quod se ultro pro hóspite quem suscéperat milítibus offérret, ac discrímini dare presumpsísset : ad simuláchra demónum quibus assistébat eum jussit pértrahi, Quia rebéllem ínquiens ac sacrilégum celáre, quam milítibus réddere maluísti : ut contémptor divum,[63] méritam blasphémie sue penam lúeret, quecúnque illi debebántur supplícia tu sólvere habes, si a cultu nostre religiónis discédere tentas. Sanctus Albánus qui se ultro persecutóribus fidélem Christiánum esse prodíderat, nequáquam minas príncipis métuit : sed accínctus armis milítie spirituális, palam se jussis illíus parére nolle pronunciábat.

*Lectio iiij.*

TUnc judex replétus iracúndia dixit, Si vis perénnis vite felicitáte pérfrui : diis magnis sacrificáre ne dífferas. Albánus respóndit, Sacrifícia hec que a vobis reddúntur demónibus, nec auxiliári subjéctis possunt nec supplicántium sibi desidéria vel vota complére : quinímmo quicúnque his sacrifícia simuláchris obtulérit, etérnas inférni penas pro mercéde recípiet. Judex ergo audítis verbis sancti Albáni, nímio furóre commótus, cedi sanctum Dei confessórem a tortóribus precépit, áutumans se verbéribus, quam verbis non póterat emollíre constántiam. Qui cum torméntis afficerétur acér- [*57r.*]
rimis : patiénter hec pro Dómino, immo gaudénter ferébat. Tu autem.

*Lectio v.*

AT ubi judex illum torméntis superári, vel a cultu Christiáne religiónis revocári non posse persénsit : cápite eum plecti jussit. Cum ígitur vir gloriosíssimus Albánus ad palmam martýrii ducerétur, pérvenit ad flumen quod muro et aréna, ubi feriéndus erat, meátu rapidíssimo dividebátur, vidítque ibi non parvam hóminum multitúdinem utriúsque sexus,[64] conditiónis divérse et etátis, que sine dúbio divinitátis instínctu ad obséquium beatíssimi confessóris ac mártyris vocabátur, et ita flúminis ipsíus occupábat pontem, ut intra vésperam transíre vix posset. Dénique cunctis pene egréssis : judex sine obséquio in civitáte substíterat. Igitur sanctus Albánus, cui ardens ínerat devótio mentis ad martýrium ócius

pervenire : accéssit ad torréntem. Et dírigens ad celum óculos[65] : íllico siccáto álveo vidit undam suis cessísse ac viam dedísse vestígiis.

*Lectio sexta.*

QUod cum inter álios étiam ipse cárnifex qui eum percussúrus erat vidísset : festinávit ei ubi ad locum destinátum morti vénerat occurrére, divíno nimírum admónitus instínctu, projectóque ense quem strictum tenúerat, pédibus ejus advólvitur, multum desíderans ut cum mártyre vel pro mártyre,[66] quem percútere jubebátur, ipse pótius mererétur percúti. Cum ergo is qui sanctum Albánum percussúrus erat ex persecutóre factus esset colléga veritátis et fídei, ac jacénte ferro esset inter carnífices justa cunctátio : montem cum turbis reverendíssimus Dei conféssor ascéndit. Qui oportúne locus[67] grátia decentíssima quingéntis fere pássibus ab aréna situs est váriis herbárum flóribus depíctus immo usquequáque vestítus : in quo nichil repénte árduum, nichil preceps, nichil abrúptum, quem latéribus longe latéque dedúctum in modum equóris natúra complánat, dignum vidélicet eum pro ínsita sibi spécie venustátis jam olim reddens, qui beáti mártyris cruóre dicarétur.

*Lectio vij.*

CUm ígitur gloriósus ac Deo dignus Albánus in monte consísteret, inquo et nunc requiéscit : in artículo sue passiónis dari sibi a Deo aquam rogávit. Statímque inclúso meátu ante pedes ejus fons perénnis exórtus est, ut omnes agnóscerent étiam torréntem beáto mártyri[68] obséquium detulísse. Neque enim fieri póterat ut in árduo montis cacúmine, martyr aquam quam in flúvio non relíquerat péteret : si hoc oportúnum esse non víderet. Qui vidélicet flúvius ministério persolúto ac devotióne[69] compléta : offícii testimónium relínquens, revérsus est natúram. Decollátus ítaque mártyr fortíssimus Albánus, íbidem accépit corónam vite : quam repromísit Deus diligéntibus se. Sed ille, qui piis cervícibus ímpias íntulit manus, gaudére super mórtuum non est permíssus : namque óculi ejus in terram una cum beáti mártyris cápite decidérunt. Tu autem.

*Lectio viij.*

DEcollátus est ibi étiam cum eo miles ille, qui ántea supérno nutu corréptus : sanctum Dei confessórem feríre recusávit. De quo nimírum constat, quia etsi fonte baptismátis non est ablútus : sui tamen est sánguinis lavácro mundátus, ac regni celéstis dignus factus ingréssu. Tunc judex tanta miraculórum celéstium novitáte percúlsus, cessári mox a persecutióne precépit : honórem reférre incípiens cedi sanctórum, per quam eos opinabátur prius a Christiáne fídei posse devotióne cessáre. Passus est autem beátus Albánus die décima kalendárum Juliárum, juxta civitátem Verolámium, que nunc a gente Anglórum Verlamcéstre[70] sive Wathlingacéstre appellátur : ubi póstea redeúnte tempórum Christianórum serenitáte, ecclésia est mirándi óperis atque ejus martýrio condígna extrúcta. In quo vidélicet loco usque ad hanc diem : curátio infirmóram et frequéntium operátio virtútum celebrari non désinit. Remíssa ítaque post hec omni Christianórum persecutióne : facta est in ecclésiis Christi que erant in Británnia pax : usque ad témpora Arriáne vesánie.

*Lectio nona.*

ANno autem centésimo sexagésimo tértio post declarátum toto orbe beáti et preciósi Albáni martýrium, cum Pelagiána héresis
[*57v.*] grátiam Christi blasphemándo pullluláre vellet : in auxílium belli spirituális ácciti sunt Británniam apostólici duo sacerdótes, Germánus vidélicet Antissiodorénsis : et Lupus Trecassíne civitátis epíscopi.

*Cap.* 18. Collécta ítaque magna apud Verolámium sínodo, ibíque compréssa perversitáte damnábili, ejúsque auctóribus confutátis, atque ánimis ómnium fídei puritáte compósitis : sacerdótes íbidem beátum Anglórum prothomártyrem Albánum, actúri Deo grátias petiérunt. Ubi Germánus ómnium apostolórum diversorúmque mártyrum secum relíquias habens : facta oratióne jussit revélli sepúlchrum, preciósa íbidem múnera conditúrus, árbitrans oportúnum, ut membra sanctórum ex divérsis regiónibus collécta, quos pares méritis recéperat celum, sepúlchri quoque uníus téneret hospítium. Quibus depósitis[71] honorífice atque sociátis, de loco ipso ubi beáti mártyris effúsus erat sanguis, massam púlveris secum

portatúrus ábstulit : in qua apparébat cruóre serváto rubuísse beáti et gloriósi Albáni martýrium. Quibus ita gestis, innúmera hóminum eódem die ad Dóminum turba convérsa est : ad laudem et glóriam nóminis ejus, qui vivit et regnat per ómnia sécula Deus.

*Cetera de communi unius martyris.* [679].

*Si festum sancti Albani* [*in*][72] *dominica in qua est inchoanda hystoria* Deus ómnium. *forte contigerit, festum differatur in crastinum, et tunc fiant medie lectiones de sancta Etheldreda et missa de festo dicetur post iij. Missa vero de jejunio post vj. utraque ad principale altare.*

# ℭ *In festo sancte Etheldrede virginis non martyris.*[73]

(*xxiij. Junii.*)

[*iij. lectiones cum nocturno.*][74]

*Oratio.*

DEus qui nos hódie beáte Etheldréde vírginis tue ánnua solennitáte letíficas : concéde propícius, ut ejus adjuvémur méritis, cujus castitátis irradiámur exémplis. Per Dóminum nostrum.

ℭ *Sciendum est quod hoc festum semper dicatur cum tribus lectionibus et cum nocturno ubicunque extra dominicam vel festum ix. lectionum vel octavam diem Corporis Christi evenerit, licet infra octavas Sancte Trinitatis vel Corporis Christi forte contigerit, nisi octave fiant cum regimine chori.*[75]

[*Nam omnia festa iij. lectiones que infra octavas Trinitatis et Corporis Christi evenerint, habent Invitatorium duplex. Non dicatur nocturnus ad matutinas.*][76]

*Lectio prima. Beda in hystoria ecclesiastica Anglorum, lib.* 4. *cap.* 19.

IN illo témpore, accépit rex Egfridus cónjugem nómine Etheldrédam, fíliam Anne regis orientálium Anglórum : quam et ante illum alter vir habúerat uxórem, princeps vidélicet austrálium Girviórum, vocábulo Tonbértus.[77] Sed illo post módicum témporis ex quo eam accépit defúncto : data est regi prefáto. Cujus consórtio cum duódecim annis uterétur : perpétua tamen permánsit virginitátis integritáte. Beáte memórie Wílfridus epíscopus referébat dicens, se testem integritátis ejus esse certíssimum ádeo ut Egfridus promíserit ei terras, ac pecúnias multas esse donatúrum : si regíne posset persuádere ejus uti connúbio, quia sciébat illam nullum virórum plus illo dilígere.

*Lectio secunda.*

BEáta vero Etheldréda multum diu regem póstulans, ut séculi curas relínquere, atque in monastério tantum vero Regi Christo servíre permitterétur : ubi vix aliquándo impetrávit, ipsa mox intrávit monastérium Ebbe abbatísse que erat ámita regis Egfridi, accépto velámine sanc-

timoniális hábitus a prefáto antístite Wílfrido. Post annum vero beáta Etheldréda facta est abbatíssa in regióne que vocátur Ely : ubi constrúcto monastério vírginum Deo devotárum, mater virgo et exémplis cepit esse et mónitis. De qua ferunt, quia ex quo monastérium pétiit : non líneis vestiméntis uti volúerit, ratóque in cálidis bálneis lavári volúerit, preter imminéntibus solénniis majóribus, verbi grátia, pasche, penthecóstes, epyphánie, et tunc novíssima ómnium que ibi essent famulárum Christi.

*Lectio tertia.*

BEáta virgo Etheldréda raro preter majóra solénnia vel artiórem necessitátem plusquam semel per diem manducáverat : sed semper nisi infírmitas grávior prohibuísset : ex témpore matútine sináxeos usque ad ortum diéi, in ecclésia précibus inténta perstíterat. Sunt étiam qui dicunt : quia per prophétie spíritum pestiléntiam qua ipsa esset moritúra predíxerit : et númerum eórum qui de suo monastério hoc essent de mundo rapiéndi, palam cunctis preséntibus intimávit. Rapta est beáta virgo ad Dóminum post annos septem ex quo abbatísse gradum suscéperat : eíque succéssit in ministérium abbatísse soror ejus Sexbúrga, quam habúerat [*58r.*] in cónjugem Encombértus[78] rex Cantuariórum. Et cum sédecim annis esset sepúlta : plácuit eídem abbatísse levári ossa ejus, et in ecclésiam transférri. Cunque corpus sacre vírginis apérto sepúlchro esset prolátum in lucem, ita incorrúptum invéntum est : ac si eódem die fuísset defúncta. Lavérunt ígitur corpus vírginis, et novis indútum véstibus, intulérunt in ecclésiam, atque in sarcóphago posuérunt : ubi usque hódie in magna veneratióne habétur.

℟. Regnum mundi. *ix. in communi,* [902].

*Cetera de communi unius virginis non martyris* [916]. [*usque ad missam que erit de vigilia*].[79]

# ℂ *In vigilia sancti Johannis baptiste.*

(*xxiij./xxiv. Junii.*)

## *Ad primas vesperas.*

AS:430; 1520-S:3r; 1531-S:58r;

Ant. VIII.i.



2156. DEscéndit * ánge-lus Dómi-ni ad Zacha-rí- am



di-cens, Acci-pe pú- e-rum in se-nec-tú-te tu- a : et ha-bé-



bit nomen Jo-hán- nes bap-tísta. S. A. E.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* (*Hieremie j.* [5]).

PRiúsquam te formárem in útero novi te, et ántequam exíres de vulva sanctificávi te, et prophétam in génibus dedi te.

℟. Inter natos. *ix.* {575}.

[ ℂ *Hic cantus dicatur ad utrasque vesperas super hunc hymnum.*][80]

HS:150r; 1520-S:3r; 1531-S:58r;

Hymn. I.



8406. UT que- ant lax-is * re-so-ná-re fibris, Mi- ra gestó-


rum fámu-li tu-ó- rum : Solve pol-lú-ti lá-bi- i re- á-tum,
Sancte Jo-hánnes. 2. Núnci- us celso vé-ni- ens O-lýmpo,
Te pa-tri magnum fo-re nasci-tú- rum : Nomen et vi-te
sé- ri- em ge-rénde, Ordi-ne promit. 3. Il-le promíssi
dú-bi- us su-pérni, Pér-di-dit prompte módu-los loqué- le :
Sed re-formásti gé-ni-tus per-émpte Orga-na vo-cis.
4. Ventris obtrú-so pó-si-tus cu-bí-li, Sén-se-ras Re-gem
thá-lamo ma-nén-tem : Hinc pa-rens na-ti mé-ri-tis



u-térque, Abdi-ta pandit. 5. Láudi-bus ci-ves cé-lebrant



su-pérni, Te De-us simplex pa-ri-térque tri- ne : Súppli-ces



et nos vé-ni- am pre-cámur, Parce re-démptis. Amen.

[ ℭ *Hic cantus sequens dicatur quotidie infra octavas et in octavis quando de sancto Johanne fit servitium super hunc hymnum.*][81]

HS:153v; 1520-S:3r; 1531-S:58r;

8406. Hymn. II.



UT que-ant lax-is * re-so-ná-re fibris, Mi-ra gestó-



rum fámu- li tu-ó-rum : Sol-ve pollú-ti lá-bi- i re- á- tum,



Sancte Jo-hánnes. 2. Núnci- us cel-so vé-ni- ens O-lýmpo,



Te pa-tri magnum fo-re nasci-tú-rum : No-men et vi-te




℣. Fuit homo missus a Deo. 8075.

℟. Cui nomen erat Johánnes.

AS:430; 1520-S:3v; 1531-S:58r.

3338.



*Oratio.*

PResta quésumus omnípotens Deus : ut família tua per viam salútis incédat : et beáti Johánnis precursóris hortaménta sectándo ad eum quem predíxit secúra pervéniat Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

*Si hoc festum infra octavas Corporis Christi vel Trinitatis evenerit nulla fiat memoria de octavis nisi fiant cum regimine chori : tunc fiat memoria de octavis et tunc eat processio ad altare sancti Johannis cum ceroferariis et thuribulariis et puero librum deferente* [*ante sacerdos*][82] *sine cruce : cantando* [*ad ymaginem*][83] ℟. Tu puer. [*iij. de matutinas*][84] {564}. *cum suo* ℣. [*Rectores chori simul dicant* ℣. Ad dandam.][85] *Dum* ℣. *canitur thurificet sacerdos altare* [*deinde ymaginem scilicet sancti Johannis*].[86]

*Deinde dicat sacerdos* ℣. Glória et honóre. [687].

*Oratio.*

SAncti Johánnis baptíste et mártyris tui Dómine quésumus veneránda festívitas salutáris auxílii nobis prestet efféctum. Per [Dóminum].[87]

*In redeundo de sancta Maria.*

*Ad completorium omnia fiant sicut in festo Sancte Trinitatis.*

# [*In die sancti Johannis.*][88]

## *Ad matutinas.*

AS:430; 1520-S:4r; 1531-S:58r.[89]




1140.

[ *Hic cantus sequens dicatur ad has matutinas tantum super hunc hymnum.*][90]

1520-S:4r; 1531-S:68r.[91]




8406d.


Ar-tu-bus sa-cris stróphi- um bi-dén-tes : Cu- i la-tex haus-
tum so-ci- á- ta pastum, Mel-la lo-cústis. 3. Cé-te-ri tantum
ce-ci-né-re va-tum, Cor-de pre-sá-go ju-bar affu-tú- rum :
Tu qui-dem mundi sce-lus au-fe-réntem, Indi-ce pro-dis.
4. Non fu- it vasti spá-ci- um per orbis, Sáncti- or quisquam
gé-ni-tus Jo-hán-ne : Qui nephas secli mé-ru- it
la-vántem, Tínge-re limphis. 5. Láudi-bus ci-ves cé-lebrant
su-pérni, Te De-us simplex pa-ri-térque tri- ne : Súppli-ces



et nos vé-ni- am pre-cámur, Parce re-démptis. Amen.

[ ℂ *Hic cantus sequens dicatur per octavas et infra octavas et in octavis quando de octavis fit servitium super hunc hymnum.*][92]

1520-S:4r; 1531-S:68r;

Hymn.
II.



8406d.

ANtra de-sér-ti té-ne-ris sub annis, * Cí- vi- um tur-



mas fú-gi- ens pe-tís-ti : Ne le-vi saltem ma-cu-lá-re vi- tam,



Fámi-ne posses. 2. Pré-bu- it hir-tum té-gimen camé-lus,



Ar-tu-bus sa-cris stróphi- um bi-déntes : Cu- i la-tex haus-



tum so-ci- á-ta pastum, Mel-la lo-cústis. 3. Cé-te-ri tantum



ce-ci-né-re va-tum, Corde pre-sá-go jubar affu-tú-

rum : Tu qui-dem mundi sce-lus aufe-rén-tem, Indi-ce pro-

dis. 4. Non fu- it vas-ti spá-ci- um per orbis, Sáncti- or quis-

quam gé-ni- tus Jo-hánne : Qui nephas secli mé-ru- it la-

ván-tem, Tínge-re limphis. 5. Láudi-bus ci-ves cé-lebrant

su-pérni, Te De- us simplex pa-ri- térque tri-ne : Súp-pli-

ces et nos vé-ni- am pre-cá-mur, Parce re-démptis. Amen.

## ℂ *In j. nocturno.*

AS:430; 1520-S:4r; 1531-S:58r.[93]

4381. 1. Ant. VIII.i.

PRi- úsquam * te formá-rem in ú-te-ro no-vi

te : et ántequam ex-í- res sancti-fi-cá- vi te.



*Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].

AS:430; 1520-S:4r; 1531-S:58r.[94]

2. Ant. VIII.i.

 1249.

AD ómni- a * que mit-tam te di-cit Dómi-nus i-bis



ne tíme- as : et que mandá-ve-ro ti-bi loqué-ris ad e-os.



*Ps.* Quare fremuérunt gentes. (*ij.*) [12].

AS:430; 1520-S:4v; 1531-S:58r.[95]

3. Ant. VIII.i.

 3862.

NE tí-me- as * a fá-ci- e e-ó-rum, qui- a e-go



te-cum sum di-cit Dómi-nus. *Ps.* Dómine quid multiplicáte. (*iij.*) [13].

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.

[℟.] Et constituísti. [687].

*Lectio prima.* (*Augustin. sermone 21. de sanctis.*)[96]

NAtálem sancti Johánnis fratres charíssimi diem celebrámus : quod nulli unquam sanctórum légimus fuísse concéssum. Solíus étenim Dómini et beáti Johánnis dies nativitátis : in univérso mundo celebrátur et cólitur. Istum étenim stérilis péperit : illum Virgo concépit. In Elízabeth sterílitas víncitur : in beáta María conceptiónis consuetúdo mutátur. Elízabeth virum cognoscéndo fíllium génuit : María ángelo crédidit et concépit. Hóminem concépit Elízabeth, hóminem María. Sed Elízabeth solum hóminem : María vero Deum et hóminem.

AS:430; 1520-S:4v; 1531-S:58v.[97]

6750. [58v.] 1. Resp. VII.




6750a.



tén- ci- e. †Et pa-rá-re.

*Lectio secunda.*

QUid sibi ergo vult Johánnes ? Unde interpósitus ? Unde premíssus ? Magnus ígitur Johánnes : cujus magnitúdini étiam Salvátor testimónium pérhibet dicens, Non surréxit inter natos mulíerum : major Johánne baptísta. Precéllit cunctis, éminet univérsis. Antecédit prophétas : supergréditur patriárchas. Et quisquis de mulíere natus est : inférior est Johánne. Dicit fortásse áliquis, Si inter natos mulíerum nemo Johánne major est : Johánnes major est Salvatóre. Absit. Johánnes enim natus est mulíeris : Christus autem Vírginis. Ille corruptibílibus sínibus effúsus est : iste impollúte vulve flore progénitus. Ideo autem cum Johánnis nativitáte Dómini generátio deputátur, ne Dóminus extra veritátem viderétur conditiónis humáne : si non compararétur homínibus.

AS:431; 1520-S:4v; 1531-S:58v.[98]

2. Resp. VII.



GAbri- el * ánge- lus appá-ru- it Zacha- rí- 6757.



e di- cens, Nascé-tur ti-bi fí-li- us, nomen



e-jus Jo-hán- nes vo-cá- bi-tur. †Et mul- ti in na-



ti- vi-tá- te e-jus gau-dé- bunt. ℣. E- rit e-nim 6757a.



magnus co-ram Dómi- no : vi-num et sý-ce- ram non



bi- bet. †Et mul- ti.

*Lectio tertia.*

JOhánnes premíssus est ante Dóminum. Tanta in eo excel-léntia erat, tantáque grátia : ut ipse putátus sit Christus. Quid ergo dicit de Christo ? Nos omnes de pleni-túdine ejus accépimus. Quid est nos omnes ? Prophéte, étiam patriárche, apóstoli, quotquot sancti et ante incarnatiónem premíssi, vel ab incar-náto missi : omnes de plenitúdine ejus accépimus. Nos vasa sumus, ille fons est. Si ergo intelléximus mys-térium, fratres mei, Johánnes homo est : Christus Deus est. Humiliétur homo ut exaltétur Deus : secúndum illud quod de Dómino ipse dixit, Illum opórtet créscere : me autem mínui. Ut humiliétur homo : eo die natus est Johánnes quo incípiunt decréscere dies. Ut exaltétur Deus : eo die natus est Christus, quo in-cípiunt créscere dies. Magnum sacra-méntum, fratres dilectíssimi. Ideo celebrámus natálem sancti Johánnis sicut et Christi : quia ipsa natívitas plena est mystério humilitátis nostre, sicut natívitas Christi plena est mystério altitúdinis nostre.

AS:431; 1520-S:5r; 1531-S:58v.[99]

7791. 3. Resp. I.



TU pu- er * prophé-ta al- tís-si-mi vo-cá- be-




7791a.

## ℭ *In ij. nocturno.*

AS:432; 1520-S:5r; 1531-S:58v.[100]

4. Ant. VII.ii.




3785.



os me-um, et prophé-tam in génti-bus de-dit me



Dómi-nus. *Ps.* Cum invocárem. (*iiij.*) [13].

AS:432; 1520-S:5v; 1531-S:58v.[101]

2502. 5. Ant. VII.ii.



EC-ce * de-di verba me- a in o-re tu-o : ecce



constí-tu- i te su-per gentes et regna. *Ps.* Verba mea. (*v.*) [14].

AS:432; 1520-S:5v; 1531-S:58v.[102]

2400. 6. Ant. VIII.i.



DOmi-nus * ab ú-te-ro vo-cá-vit me : de ventre



ma-tris me- e re-cor-dá-tus est nómi-nis me- i.



*Ps.* Dómine Dóminus noster. (*viij.*) [17].

8170. ℣. Posuísti Dómine : super caput ejus.
[℟.] Corónam [de lápide precióso].[103]

*Lectio quarta.*

FRatres, in hómine minuámur : ut in Deo crescámus. In nobis humiliémur : ut in illo exaltémur. Humiliétur humána presúmptio : ut crescat divína miserátio. Nam hujus rei sacraméntum : étiam in passiónibus ambórum implétum est. Ut minuátur homo : caput Johánnis abscínditur. Ut exaltétur Deus : Christus in ligno suspénditur. Quare autem beátum Johánnem Dóminus et Salvátor noster lucérnam esse díxerit, et quare eum ante se mitti volúerit : bréviter charitátis vestre áuribus intimábitur. Premíssus est Johánnes velut vox ante verbum : lucérna ante solem, preco ante júdicem, servus ante dóminum : amícus ante sponsum.

AS:432; 1520-S:5v; 1531-S:58v.[104]

4. Resp. IV.




pen0650.

pen0650a.

*Lectio quinta.*

ET quia univérsum mundum peccatórum ténebre et nox infidelitátis opprésserant, et solem justície aspícere non valébant, beátus Johánnes quasi lucérna premíttitur, ut cordis óculi, quia lippitúdine iniquitátis oppréssi, magnum et verum lumen vidére non póterant : ad lumen lucérne primum quasi ténuem splendórem vidére consuésserent, ut paulátim núbilo remóto, et infidelitátis humóre digésto, adveniénte Christo ab illo celésti lúmine letificári possent pótius quam retorquéri. Sicut lippiéntes óculos ad vidéndum próvocas, si exíguum splendórem [59r.] lucérnas osténderis, et ámplius crúcias si lumen magnum ingésseris : ita Dóminus et Salvátor noster, qui est lumen verum : nisi prius beátum Johánnem velut lucérnam premítteret, claritátem ejus totus mundus sustínere non posset.

AS:432; 1520-S:5v; 1531-S:59r.[105]

6991. 5. Resp. VIII.






6991a.

*Lectio vj.*

LOquátur Johánnes et dicat, Ego vox clamántis in desérto. Vox erat, quia Verbi Dei spíritu replebátur. Sicut enim sermo vocis quodam ministério ac vehículo ad audiéntem de loquénte transmíttitur : ita Johánnes Christum sonans, Verbi erat miníster et pórtitor. Sanctus inquam Johánnes typum in se legis que longe Christum per signa monstrábat osténdit : et ídeo misit ad Christum duos de discípulis suis. Isti duo discípuli a Johánne ad Christum missi, forte duo pópuli sunt : quorum unus ex Judéis crédidit : alter ex géntibus. Johánnes dírigit ad Christum, lex mittit ad grátiam : et per evangélii fidem véterem desíderat ástrui veritátem. Nos ítaque fratres dilectíssimi ut tam sanctam festivitátem non solum corporáli, sed étiam spirituáli gáudio celebráre póssimus : ad tenéndam cum ómnibus pacem nostros ánimos preparémus : ab omni scurrilitáte vel turpilóquio, pro amóre Dei et zelo sancte disciplíne, totis víribus nos cohibeámus.

AS:433; 1520-S:6r; 1531-S:59r.[106]

6. Resp.
VII.




6652.



gé- nu- it Jo-hánnem bap-tís-tam pre-cursó-rem



Dó- mi- ni. †Qui vi- am Dómi- no pre-pa-rá-

6652a.



vit in he-ré- mo. ℣. Fu- it homo mis-sus a De-



o : cu- i nomen e- rat Jo- hán- nes. †Qui vi- am.

℣. Gloria Patri. 95*. †Qui.

## ℂ *In tertio nocturno.*

AS:433; 1520-S:6r; 1531-S:59r.[107]

4345. 7. Ant. VII.ii.



PO-su- it os me- um Dómi-nus * qua-si glá-di- um



a-cú-tum : sub umbra ma-nus su- e pro-té-xit me.



*Ps.* In Dómino confído. (*x*.) [19].

AS:433; 1520-S:6r; 1531-S:59r.[108]

8. Ant. VIII.i.



FOrmans me * ex ú-te-ro servum si-bi Dómi-nus 2891.



in lu-cem gén-ti- um ut sim sa-lus e-jus ab extrémis terre.



*Ps.* Dómine quis habitábit. (*xiv.*) [23].

AS:433; 1520-S:6v; 1531-S:59r.[109]

9. Ant. VIII.ii.



REges vi-dé-bunt * et consúrgent prínci-pes : et a- 4595.



do-rá-bunt Dómi-num De-um tu- um qui e-lé-git te.



*Ps.* Bonum est confitéri. (*xcj.*) [275].

℣. Justus ut palma florébit. 8117.

[℟.] Sicut cedrus [Libáni multiplicábitur].[110]

¶ *Secundum Lucam j.* [57-68]. [*Lectio vij.*]



IN illo témpore : Elízabeth implétum est tempus pariéndi, et péperit fílium. Et audiérunt vicíni et cognáti ejus, quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa : et congratulabántur ei. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri* (14. *secundi libri*).[111]

PRecursóris Dómini natívitas, sicut sacratíssima lectiónis Evangélice prodit hystória, multa miraculórum sublimitáte refúlget : quia nimírum decébat, ut ille quo major inter natos mulíerum nemo surréxit, majóre pre céteris sanctis in ipso mox ortu virtútum jubáre clarésceret. Senes ac diu infecúndi paréntes, dono nobilíssime prolis exúltant : ipsi patri quem incredúlitas mutum reddíderat, ad salutándum novas precónem grátie os et lingua reserántur. Nec solum fácultas Deum benedicéndi restitúitur : sed de eo étiam prophetándi virtus augétur. Mérito sancta per orbem ecclésia, que tot beatórum mártyrum victórias quibus ingréssum regni celéstis meruére frequéntat : hujus solúmmodo natálem post Dómini étiam nativitátis diem celebráre consuévit, quod nullátenus sine evangélica auctoritáte in consuetúdinem venísse credéndum est. Tu autem.

AS:434; 1520-S:6v; 1531-S:59r.[112]

6970. 7. Resp. II.





℣. Apér- tum est os Zacha-rí- e : et prophe- tá-vit 6970a.



di- cens. †Jo-hánnes.

*Lectio octava.*

SEd atténtius ánimo recondéndum, quia sicut nato Dó-mino pastóribus appárens ángelus ait, Ecce evangelízo vobis gáudium magnum quod erit omni pópulo, quia natus est vobis hódie Salvátor, qui est Christus Dóminus : ita et ángelus nascitúrum Zachárie predícens Johánnem, Et erit inquit gáudium tibi et exultátio, et multi in nativitáte ejus gaudébunt. Erit enim magnus coram Dómino. Jure ígitur utriúsque natívitas : festa devotióne celebrátur. Sed in illíus, tanquam in Christi Dómini, tanquam in Salvatóris mundi, tanquam in Fílii
*[59v.]* Dei omnipoténtis, tanquam in solis justície nativitáte omni pópulo gáudium evangelizátur : in hujus autem tanquam in precursóris Dómini, in servi Dei exímii, in lucérne ardéntis et lucéntis exórtu, multi gavisúri esse memorántur. Iste magnus coram Dómino esse narrátur : de illo Prophéta testátur quóniam Magnus Dóminus et laudábilis nimis, et magnitúdinis ejus non est finis. Iste consórtia peccatórum declínans, ab omni quod inebriáre potest abstinébat : ille inter peccatóres conversátus, peccáti omnis immúnis permánsit. Hic adhuc ex útero matris Spíritu Sancto replétus est : in illo hábitat omnis plenitúdo divinitátis corporáliter, qui dono sui Spíritus sedem sibi úteri virginális, in quo carnem suscíperet ipse consecrávit.

AS:434; 1520-S:6v; 1531-S:59v.[113]

8. Resp. VIII.



PRe-cúrsor * Dómi-ni ve- nit de quo ip- se tes- 7420.

7420b.




*Lectio nona.*

JOhánnes multos filiórum Israel ad Dóminum suo témpore predicándo convértit : Christus multos quotídie de univérsis per orbem natiónibus ad suam fidem et charitátem intérius illustrándo convértere non desístit. Johánne nato congratulabántur vicíni et cognáti genitríci illíus, quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa : Dómino autem nato congratulabátur ecclésia, quia venit tempus miseréndi ejus, spíritus angélici qui sunt vicíni ejus et cognáti, cives vidélicet ejúsdem pátrie celéstis quam et ipsa expéctat, qui et hymnum glórie Deo canéndo, quid illa per orbem esset actúra prióres ipsi de celis admonébant. Recto ígitur natívitas celebrátur illíus : qui tali poténtia magnitúdinis Domínicis propinquábat opéribus. Recte ortus illíus solénnitas cólitur, cujus tanta est vite sublímitas : ut quicquid illo sublímius est, jam hoc hóminis natúram transcéndere dúbium non sit. Quia ergo beáti precursóris Dómini hódie natalícia celebrámus : opórtet ut quem salútis etérne precónem suscépimus, hunc étiam nostre oratiónis adjutórem querámus. Ipsum ítaque intercedéndo rogémus impetráre : ut ad eam

cui testimónium perhíbuit lucem, vitam et veritátem perveníre mereámur, Jesum Christum Dóminum nostrum, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia sécula seculórum amen.

AS:434; 1520-S:7r; 1531-S:59v.[114]

9. Resp. I.

6979.




6979a.

℣. Glória. 93*. †Qui viam.

## [*Ante laudes.*]

℣. Fuit homo missus a Deo. 8075.

[℟.] Cui nomen [erat Johánnes].[115]

## ℭ *In laudibus.*

AS:435; 1520-S:7r; 1531-S:59v.[116]

1. Ant. III.iv.



2639. E - lí-za-beth * Zacha-rí- e magnum vi-rum gé-nu-



it Jo-hánnem baptístam pre-cursó-rem Dómi-num.



*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:435; 1520-S:7r; 1531-S:59v.[117]

2. Ant. IV.iii.



3353. I Nnu- é-bant * pa-tri e-jus quem vel-let vo-cá- ri



e- um, et scripsit di-cens : Jo-hánnes est nomen e-jus.



*Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [46].

AS:435; 1520-S:7r; 1531-S:59v.[118]

3. Ant.
I.i.

 3504.

JOhánnes vo-cá-bi-tur * nomen e-jus : et in na-ti-vi-



tá-te e-jus mul-ti gaudé-bunt. *Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS:435; 1520-S:7v; 1531-S:59v.[119]

4. Ant.
VIII.i.

 3498.

JOhannes est * nomen e- jus, vi-num et sý-ce-ram



non bi-bet : et mul- ti in na-ti-vi-tá-te e-jus gaudé-bunt.



*Ps.* Benedícite ómnia. (*Daniel iij.*) [48].

AS:435; 1520-S:7v; 1531-S:59v.[120]

5. Ant.
I.vi.

 3431.

IS-te pu-er * magnus co-ram Dómi-no : nam et



ma-nus e-jus cum ipso est. *Ps.* Laudáte Dóminum. (*cxlviij.*) [49].

*Capitulum.* (*Esaie xlix.* [i]).

AUdíte ínsule et atténdite pópuli de longe, Dóminus ab útero vocávit me : de ventre matris mee recordátus est nóminis mei.

HS:156r; 1520-S:7v; 1531-S:59v.[121]

Hymn. IV.

8406h.





cal-les. 4. Ut pi- us mundi Sa-tor et Re-démptor, Mén-



ti-bus pulsa lu-vi- óne pu-ris : Ri-te digné-tur vé-ni- ens



sacrá-tos, Póne-re gressus. 5. Láudi-bus ci-ves cé-lebrant



su-pérni, Te De- us simplex pa-ri-térque tri-ne : Súppli-ces



et nos vé-ni- am pre-cámur, Parce re-démptis. Amen.

℣. Justus germinábit [sicut lílium. 8116.
℟. Et florébit in etérnum ante Dóminum.][122]

*Deinde incipiatur antiphona super* Benedíctus. *ab aliquo de superiori gradu : et percantetur a choro usque ad hoc verbum* benedíctus. *antequam intonetur psalmus.*

AS:435; 1520-S:7v; 1531-S:59v.[123]

Ant. VIII.i.



1148.

A- pértum est * os Zacha- rí- e, et prophe-tá-vit



di-cens :

[*hic intonetur psalmus.*][124]



Be-ne-díc-tus De-us Is-ra-el. *Ps.* Benedíctus. 68*.

*Oratio.*

DEus qui preséntem diem honorábilem nobis in beáti Johánnis nativitáte fecísti : da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum : et [*60r.*] ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis etérne. Per Dóminum.

## ☾ *Ad j.*

*Ant.* Elízabeth. *j. de laudibus.* {575}.

*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].

*Ant.* Grátias. [99].

*Ps.* Quicúnque. [100].

*Si hoc festum infra octavas Trinitatis contigerit tunc dicatur super psalmum* Quicúnque. *antiphona* O beáta et benedícta. 1609.

## ☾ *Ad iij.*

*Ant.* Innuébant. [*ij. de laudibus.*][125] {576}.

*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].

*Capitulum.* Audíte ínsule. {578}.

*℟. et ℣. de communi unius martyris ad omnes horas dicuntur.* {725}.

## ☾ *Ad vj.*

*Ant.* Johánnes. *iij. de laudibus.* {576}.

*Ps.* Defécit. (*cxviij.* 81.) [141].

*Capitulum.* (*Esaie xlix.* [5]).

HEc dicit Dóminus formans me ex útero servum sibi, dedi te in lucem géntium ut sis salus mea usque ad extrémum terre.

## ℂ *Ad nonam.*

*Ant.* Iste puer. *v. de laudibus.* {577}.

*Ps.* Mirabília. (*cxviij.* 129.) [150].

*Capitulum.* (*Esaie xlix.* [7]).

REges vidébunt et consúrgent príncipes et adorábunt Dóminum Deum tuum et Sanctum Israel qui elégit te.

## ℂ *Ad secundas vesperas.*

*Ant.* Elízabeth. {575}.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Audíte ínsule. {578}.

℟. Tu puer. *ut supra iij.* {564}.

*Hymnus.* Ut queant laxis resonáre. {552}.

℣. Fuit homo. {555}.

AS:436; 1520-S:8r; 1531-S:90r. [126]

Ant. VIII.i.




201780.



quá- quam sed vo-cá-bi-tur Jo-hánnes. *Ps.* Magníficat. 69*.

*Oratio.* Deus qui preséntem. {579}.

*Quotidie per octavas quando fit servitium de sancto Johanne ad matutinas invitatorium, hymnus, antiphone, psalmi, et versus, ut in prima die.* ℣. *et* ℟. *secundum ordinem nocturnorum dicuntur ita tamen quod* ℟. Priúsquam te formárem. *erit iij.* ℟. *etiam in dominica infra octavas, in ij. nocturno quando medie lectiones fiunt de sancto Johanne.*

## ℂ *Secunda die.*

(*xxv. Junii.*)

℣. Glória et honóre. [687].

*Lectio j.*

FEstivitátem preséntem fratres caríssimi venerándi Johánnis baptíste gémina natívitas consecrávit, qui idcírco in hoc séculum supérna dispensatióne diréctus est : ut non solum ipse prophetáli sublimarétur glória, sed ut ómnium per eum prophetárum precónia firmaréntur. Nec immérito illum precípuo nunc honóre venerámur, qui speciáli quadam grátia ob hoc Redemptórem mundi novíssimus prophetávit : ut eum primus osténderet. Hic enim solus est prophetárum, qui Dóminum nostrum Jesum Christum, quem álii in longa futúrum témpora presciérunt : prius vidére própriis óculis méruit, et annunciáre preséntem.

℟. Fuit homo. *ut supra j.* {562}.

*Lectio ij.*

VEniénte enim Dómino ad baptísmum sicut sacratíssimum Evangélium refert : beátus ejus baptísta hujúsmodi prorúpit in vocem, Ecce Agnus Dei : ecce qui tollit peccáta mundi. Propter hoc

nimírum plusquam prophéta a Salvatóre dictus est, quóniam céteri omnes ventúri adhuc Christi fuére precónes : hic autem probatíssimus venit Dómini preséntis[127] assértor. Plusquam prophéta est, cujus mánibus, quod nulli est préstitum prophetárum : baptizándum se Dei Fílius inclinávit. Plusquam prophéta est, cujus tanta est prerogatíva meritórum, ut uno eodémque moménto celi terréque arbítrum submérsum aquis tíngeret in Jordáne : Spíritum quoque Sanctum veniéntem cérneret in colúmba, et attestántis vocem Patris audíret e celo.

℟. Gábriel ángelus. *ij.* {563}.

*Lectio tertia.*

Hic est fratres ille Johánnes quem inspiránte Deo prophéta prenunciávit Esáyas dicens, Vox clamántis in desérto : paráte viam Dómini. Quam cóngrue fratres beátus Johánnes predíctus est vox, qui celéstis Verbi et preco mittebátur et testis ? Hic est ille : cujus per ángelum Gabriélem prenunciátur[128] natívitas, nomen, et méritum. Hic est qui judício celéstis senténtie cunctis mortálibus anteféртur : dicénte Dómino, Non surréxit inter natos mulíerum major Johánne baptísta. Pulchre autem dictum est : inter natos mulíerum non esse majórem : quia ille omnímodis major erat Johánne, qui de Vírgine nascebátur. Tu autem [Dómine miserére nostri].[129]

AS:434; 1520-S:8r; 1531-S:60r.[130]

3. Resp. VII.




7435.

7435c.




℣. Glória Patri. 95*. †Et.

*Ps.* Te Deum. [41].
℣. Fuit homo. {575}.

☾ *In laudibus hec sola antiphona* Elízabeth. *j. de laudibus.* {575}.
*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45]. [*&c.*]
*Capitulum.* Audíte ínsule. {577}.
*Hymnus.* O nimis felix. {577}.
℣. Justus germinábit. {579}.

*He sequentes antiphone dicantur infra octavas ad vesperas et ad matutinas super ps.* Magníficat. *et* Benedíctus. *vel ad memoriam de sancto Johanne : cum de aliquo sancto*
[*60v.*] *fit servitium cum repetitione earundem : et semper cum hoc* ℣. Fuit homo missus. {575}.
*Deinde dicantur memorie consuete : quando octave sunt sine regimine chori.*

AS:436; 1520-S:8v; 1531-S:90v.

1. Ant.
III.iv.



IN-ter na-tos * mu-lí- e-rum non surréx-it ma-jor 3770.



Jo-hánne bap-tísta. S. A. E.

AS:436; 1520-S:8v; 1531-S:90v.[131]

2. Ant.
III.iv.



TU pu- er * prophé- ta al-tíssimi vo-cá-be-ris : pre- í- 5218.



bus ante Dómi-num pa-rá-re vi- as e-jus. S. A. E.

AS:436; 1520-S:8v; 1531-S:90v.[132]

3. Ant.
VII.iv.



PU-er * qui na-tus est no-bis plusquam prophé- ta est : 4412.



hic est e-nim de quo Salvá-tor a- it : Inter na-tos mu-lí- e-



rum non surréx-it ma-jor Jo-hánne baptísta. S. A. E.

AS:436; 1520-S:9r; 1531-S:90v.

4. Ant. I.i.

2753.



EX ú-te-ro se-nectú- tis * et sté-ri-lis Jo-hánnes



na-tus est pre-cúrsor Dómi-ni. S. A. E.

AS:437; 1520-S:9r; 1531-S:90v.[133]

5. Ant. VI.

4382.



PRo e-o * quod non cre-di-dís-ti verbis me- is e-ris



ta- cens : et non pó-te- ris loqui usque in di- em



na- ti-vi-tá- tis e-jus. S.A.E.

*Et tunc semper dicatur ad memoriam hic versus* Fuit homo. {575}. *tam ad vesperas quam ad matutinas cum hac oratione* Deus qui preséntem. {579}.

*Deinde fiat memoria de cruce et de sancta Maria : et de omnibus sanctis : quia octave sunt sine regimine chori.*

¶ *Ad j. ant.* Elízabeth. *j. de laudibus.* {575}. *Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].

¶ *Ad iij. et ad alias horas antiphone, capitula,* ℟. *et* ℣. *cum oratione : sicut in prima die dicantur.* {580}.

# ℭ *Sanctorum Johannis et Pauli martyrum.*

(*xxvj. Junii.*)

## *Ad vesperas.*

*Antiphone et psalmi feriales.*

*Capitulum.* (*Ecclesiastici xliv.* [10.])

HI sunt viri misericórdie quorum justície obliviónem non accepérunt : cum sémine eórum pérmanent bona, heréditas sancta nepótes eórum.

*Hymnus.* Sanctórum méritis. [739].
℣. Letámini in Dómino. [748].

AS:437; 1520-S:9r; 1531-S:60v.[134]

Ant. I.v. 3438.



*Oratio.*

QUésumus omnípotens Deus, ut nos gemináta letícia hodiérne festivitátis excípiat : que de beatórum Johánnis et Pauli glorificatióne procédit, quos éadem fides et pássio vere fecit esse germános. Per Dóminum.

## *Memoria de sancto Johanne.*

*Ant.* Tu puer. *ut supra ij.* {584}.

℣. Fuit homo. {575}.

*Oratio.* Deus qui preséntem. {579}.

*Deinde dicantur memorie consuete.*

*Ad completorium omnia fiant sicut in dominicis simplicibus per estatem.*

## ℂ *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* Mirábilem Deum. *in communi.* [751].

*Ps.* Veníte. 13*.

*Hymnus.* Sanctórum méritis. *in communi.* [742].

*Antiphone et psalmi de communi plurimorum martyrum.*

℣. Letámini. [748].

*Tres lectiones fiant sine regimine chori.*

*Lectio prima.*

IMpiíssimo Juliáno Cesáre facto : pérvenit ad eum, quod Paulus et Johánnes qui fúerant cubiculárii Constántie filie[135] Constantíni, omni die turbas Christianórum páuperum reficerent in dómibus suis. Quos ad se évocans : dicit eis, Consideráre debétis quia vos in regia aula nútriti, non debétis deésse láteri meo : ut hábeam vos inter primos in palátio meo. Illi vero dixérunt, Hómines Christiáni sumus : et Deum qui fecit celum et terram cólimus. Timémus vero tuas amicítias : ne inimicítias incurrámus etérni Dei. Et ídeo scire te vólumus : quia nunquam ad cultúram tuam, nunquam ad palátium tuum veniémus.

AS:437; 1520-S:9v; 1531-S:60v.[136]

1. Resp. IV.




sar0652.

sar0652a.

*Lectio secunda.*

JUliánus dixit, Putátis quia vos sibi mártyres fáciant Christiáni ? Hoc cum dixísset : surréxit irátus dicens, Décima die transácta sponte ad me veniéntes, amícos vos habébo, non veniéntes autem, quasi hostes públicos púniam. Tunc sancti viri Christiános ad se invitántes : ordinavérunt de ómnibus que relínquere póterant. Undécimo vero die missus est Terentiánus cum milítibus ad eos. Qui ingréssus : dixit eis, Dóminus noster Juliánus statúnculam áuream Jovis ad vos misit : ut adorétis eam. Quod si non fecéritis : ambo gládio feriémini. Johánnes et Paulus dixérunt, Si tuus dóminus est Juliánus : habéto pacem cum dómino tuo. Nobis autem álius Dóminus non est : nisi unus Deus Pater et Fílius et Spiritussánctus.

AS:437; 1520-S:9v; 1531-S:60v.[137]

6178. 2. Resp. IV.




6178a.

*Lectio iij.*

VOlens ergo Terentiánus placére Juliáno, et sine strépitu puníre eos : fecit fíeri fóveam intra domum eórum. Et cum decollásset eos : jussit statim córpora eórum invólvi et repóni. Post hec Juliáno interfécto, et Joviniáno Christianíssimo viro imperatóre facto : apérte sunt ecclésie : et relígio Christiána cepit créscere et gaudére. Fílius autem Terentiáni a demónio vexátus venit ad domum sanctórum : clamánte per os ejus demóne quod Paulus et Johánnes incénderent eum. Tunc Terentiánus [*61r.*] véniens prostrávit se in fáciem, clamans quod nésciens se malefácere : jussiónem Cesáris adimplésset. Unde factum est : ut próximo die baptizátus percíperet grátiam Christi. Deínde orans et flens ad locum sanctórum : mundátus est fílius ejus.

AS:438; 1520-S:9v; 1531-S:91r.[138]

3. Resp. VII.

sar0653.




sar0653a.

[℣.] Glória. 95*. ‡Nobis.

℣. Justi autem in perpétuum [vivent. 8112.

℟. Et apud Dominum est merces eorum].[139]

## ℭ *In laudibus.*

AS:438; 1520-S:10r; 1531-S:91r.

4251. 1. Ant. VIII.i.



PAulus et Jo-hánnes * dix-é-runt Ju-li- á-no :



nos u-num De- um có-limus qui fe-cit ce-lum et terram.



*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:438; 1520:10r; 1531-S:91r.[140]

4250. 2. Ant. VIII.i.



PAulus * et Jo-hánnes dix-é-runt ad Terrenti-



á- num : Si tu- us dómi-nus est Ju-li- á-nus, ha-bé-to



pa-cem cum il-lo : no-bis á- li- us non est ni-si Dómi-nus



Je-sus Christus. *Ps.* Jubiláte Deo. (*xcix.*) [46].

AS:439; 1520:10r; 1531-S:91r.[141]

3. Ant. I.i.

 3499.

JOhánnes et Pau-lus * cognoscéntes ty-ránni-dem



Ju-li- á-ni : fa-cultá-tes su- as paupé-ri-bus e-ro-gá-re



ce-pé-runt. *Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:439; 1520-S:10v; 1531-S:91r.

4. Ant. I.ix.

 4735.

SAncti * Spí-ri-tus et á-nime jus-tó-rum hymnum



dí-ci-te De- o in e- térnum. *Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:439; 1520-S:10v; 1531-S:91r.

5. Ant. I.i.

 3500.

JO-hánnes et Pau-lus * dix-é-runt ad Gal-li- cá-num :



fac vo-tum De-o ce- li et e-ris victor mé-li- us quam



fu- ís-ti. *Ps.* Laudáte. (*cxlviij.*) [49].

*Capitulum.* Hi sunt viri. {587}.

*Hymnus.* Rex glorióse mártyrum. *in communi.* [774].

℣. Mirábilis Deus in. [192].

AS:439; 1520-S:10v; 1531-S:61r.

1583. Ant. VIII.i.



B E-á-ti * márty-res Chris-ti Jo-hánnes et Paulus



dix-é-runt Ju-li- á-no : No-bis au-tem á-li- us non est ni-si



u-nus De- us Pa-ter et Fí-li- us et Spi- ri-tus-sánctus



al-le-lú-ya. *Ps.* Benedíctus. 68*.

*Oratio.* Quésumus omnípotens [Deus].[142] {588}.

## *Memoria de sancto Johanne baptista.*

*Ant.* Puer qui. *ut supra, iij.* {585}.

℣. Fuit homo. {575}.

*Oratio.* Deus qui preséntem. {579}.

*Deinde dicantur memorie consuete* [*si dominica non fuerit*].[143]

## ℭ *Ad j.*

*Ant.* Paulus et Johánnes. *j. de laudibus.* {592}.

*Ps.* Deus in nómine tuo. (*liij.*) [95].

*Ant.* Glória tibi Trínitas. [99].

*Ps.* Quicúnque vult. [100].

## ℭ *Ad iij.*

*Ant.* Paulus. *ij. de laudibus.* {592}.

*Ps.*. Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].

*Capitulum.* Hi sunt viri. {587}.

*Responsoria et versus de communi plurimorum martyrum ad omnes horas dicantur.* {780}.

## ℭ *Ad vj.*

*Ant.* Johánnes et Paulus. *iij. de laudibus.* {593}.

*Ps.* Defécit in. (*cxviij.* 81.) [141].

*Capitulum.* (*Ecclesiastici xliv.* [14.])

Corpora sanctórum in pace sepúlta sunt : et vivent nómina eórum in etérnum.

## ℭ *Ad ix.*

*Ant.* Johánnes et Paulus. *v. de laudibus.* {593}.

*Ps.* Mirabília. (*cxviij.* 129.) [150].

*Capitulum.* (*Ecclesiastici xliv.* [15.])

Sapiéntiam sanctórum narrábunt omnes pópuli : et laudem eórum pronúnciat omnis ecclésia sanctórum. [℟.] Deo grátias.

*Si hoc festum sanctorum Johannis et Pauli in dominica evenerit hoc modo fiet servitium.*

ℭ *Ad primas vesperas super psalmos ant.* Sancti per fidem. [*in communi*].[144] [739].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Hi sunt viri. {587}.

℟. Paulus et Johánnes dixérunt. {591}.

*Hymnus.* Sanctórum méritis. [*in communi*].[145] [774].
℣. Letámini in Dómino. [748].
*Ant.* Isti sunt [due ólive].[146] {587}.
*Oratio.* Quésumus omnípotens Deus. {588}.

☾ *Memoria de sancto Johanne baptista : ant.* Tu puer. *ij.* {584}.

*Deinde fiat memoria de dominica et de Trinitate et processio ante crucem nisi aliquam Dominicam omnino oporteat differri : tunc enim memoria de Trinitate et de dominica non fiat nec processio.*

*Completorium* [*vero*][147] *fiat sicut in ceteris festis non duplicibus per estatem.*

☾ *Ad matutinas ix. lectiones fiant : tres prime lectiones cum tribus primis ℟. de primo nocturno hystorie communis plurimorum martyrum, et tres medie lectiones de sancto Johanne baptista cum ℣. et ℟. de primo*[148] *nocturno, ita tamen quod responsorium* Priúsquam te formárem. {583}. *erit vj. ℟. Ultime vero* [*tres*][149] *lectiones legantur de proprietate sanctorum Johannis et Pauli, que habentur cum responsoriis et ℣. superscriptis*[150] *: et laudes etiam cum hoc ℣. ante lectiones in iij. nocturno, scilicet* Justórum ánime. 426. *et cum antiphona* Te jure. [99]. *super* Quicúnque.

*Si vero hystoria* Deus ómnium. *in hac dominica inchoanda fuerit : totum servitium fiat de dominica et festum sanctorum Johannis et Pauli differatur in crastinum : et fiant ibi tres lectiones cum ℟. et laudibus supradictis.*

☾ *Ad primam et ad omnes alias horas sicut prenotatum est excepto quod ad primam non dicitur antiphona* Te jure. [99]. *super psalmum* Quicúnque.

☾ *Ad secundas vesperas si dominica fuerit super psalmos ant.* Paulus et Johánnes dixérunt. {592}.

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311]. *et ceteri psalmi dominicales.*
*Capitulum.* Hi sunt viri. {587}.
*Hymnus.* Rex gloriόse mártyrum. [772].
8141. ℣. Mirábilis Deus [in sanctis suis.
℟. Et gloriósus in majestáte sua].[151]
*Ant.* Abstérget Deus. [782].
*Ps.* Magníficat. 69*.

*Oratio.* Quésumus omnípotens Deus. {588}.

## [*Memoria de sancto Johanne.*][152]

*Ant.* Ex útero. *iiij.* {585}.
℣. Fuit homo. {575].
*Oratio ut supra.* {579}.

*Deinde fiat memoria de dominica si de ea prius facta fuerit.*

℄ *Dominica que infra octavas sancti Johannis baptiste varie contigerit si a festo vacaverit, fiant medie lectiones de sancto Johanne baptista : sin autem, fiat de eo tantum memoria, nisi die apostolorum Petri et Pauli nam tunc nulla fiat memoria. Tamen in die sanctorum Johannis et Pauli si dominica fuerit : fiunt medie lectiones de sancto Johanne ut supradictum est.*

℄ *In die sanctorum Johannis et Pauli : si dominica non fuerit, fiant vespere de sancto Johanne baptista hoc modo.*

*Super psalmos ant.* Elízabeth. {575}.
*Psalmi feriales.*
*Capitulum.* Audíte ínsule. {578}.
*Hymnus.* Ut quéant laxis. {552}. [*61v.*]
℣. Fuit homo. {575].
*Ant.* Ex útero. {585}.
*Ps.* Magníficat. 53*.
*Oratio.* Deus qui preséntem diem. {579}.

*Nulla tunc fiat memoria de martyribus Johanne et Paulo : sed fiant memorie consuete.*

# ℂ *Quarta die infra octavas.*

(*xxvij. Jun.*)

*Lectio prima.*

BEátus Johánnes baptísta cujus nunc festivitáte letámur : celéstia mundo gáudia steríli ab útero hódie natus invéxit. Hic et nascitúrum Dóminum prophetális spíritus illuminatióne prévidit : et natum privilégio grátie singuláris osténdit. Intántum autem ipsíus in eo prefúlsit eléctio : ut ante mererétur annunciáre Dóminum, quam nascéndi inítium, vel linguam que nunciáre posset accíperet.

*Lectio ij.*

DEnique Elízabeth illa vetus múlier et nova mater, que ante partum suum de futúri fílii letabátur offício : veniénti ad se beáte Maríe in ipso salutatiónis occúrsu ait, Ecce ex quo facta est vox salutatiónis tue in áuribus meis : exultávit in gáudio infans in útero meo. Quid est hoc miráculi fratres, que tantórum nóvitas gaudiórum, ut habére se in útero Elízabeth testarétur infántem, qui necdum semetípsum séntiens Domínicum jam sentíret advéntum ? Vere hic ómnium beatíssimus parvulórum, qui intra víscera adhuc matérna conclúsus : adésse Salvatórem mundi, quia necdum sermóne póterat, prophético spíritu revelávit.

*Lectio iij.*

NUllus ignórat charíssimi omnem párvulum matérno útero prodeúntem : inter ipsa lucis exórdia mestis concrepáre vagítibus. Solus baptísta Dómini ultra legem nascéntium : nativitátem suam letície exultatióne prevénit. Et quam décuit fratres ut de matre stérili nascerétur qui fecunditátem Vírginis revelábat : quátenus mirábilem partum mirabíliter natus osténderet. Illud étiam quam stupéndum quamque magníficum, quod Zacharías sacérdos pater futúrus prophéte, quia hoc ipsum quod gerebátur, ángelo loquénti non crédidit : usum loquéle[153] amísit, donec promissióne compléta, natus novi nóminis preco patérne lingue víncula relaxáret. Os enim quod ángelus cláuserat : promíssus ab ángelo fílius reserávit.

¶ *Item alie lectiones de sancto Johanne baptista.*

*Lectio prima.*

CUm de nuncupatióne párvuli cognatórum vicinorúmque hesitáret arbítrium, proprietátem veri nóminis ejus, quam ángelo dictánte didícerat, recépta súbito prístina facultáte sermónis pater mutus apéruit : ut cujus nativitátem preceptióne celesti tácitus expectábat, nati vocábulum loquerétur, et agnósceret ánxius senex per eum se sibi rédditum, quem de se non credíderat nascitúrum, nec dubitáret ultra célitus illum vel promíssum fuísse vel natum : cujus causa et amisísse se probábat et recepísse sermónem.

*Lectio ij.*

QUid hac fratres religióne gloriósius, quid hac insígnius fide, in qua stérilis cóncipit, virgo párturit, mutus lóquitur, et intra secréta maternórum víscerum párvuli totíus mundi gáudia futúra prelúdunt ? Nec enim póterat véteri sub lege órdinem suum mortális serváre natúra : quando per novam divinitátis grátiam novum salúti ómnium mystérium parabátur. Hic ergo est Johánnes : de quo prophetávit Esáyas, Vox clamántis in desérto : paráte viam Dómini, rectas fácite sémitas Dei nostri. Vox, inquit clamántis. Et quam bene vox dícitur, qui veniéntem de beléstibus in carne hóminis Unigénitum Dei pleno letus ore clamábat. Recte vox dícitur, cujus intonánte precónio : sacraméntum redemptiónis humane, surda dudum cepit audíre mortálitas.

*Lectio iij.*

UT enim venerándus Baptísta muto patri apéruit linguam : ita aures hóminum salutáris grátie innovávit audítus. Clamábat autem in desérto ubi ad predicatiónem ejus nec ínsolens turba perstréperet : nec infidélis irríderet audítor. Sed hi tantum audíre possent : qui predicántem verbum salútis, cura tantum divíni cultus expéterent. Audiámus adhuc páululum fratres quid ad proféctum ómnium nostrum Salvatóris núncius predicábat. Paráte inquit viam Dómino : rectas fácite sémitas Dei nostri. Ille viam Dómino [62r.] parat : qui luxuriántis carnis réspuens voluptátes, toto mentis sue spíritu suspénsus ad Deum vigóre se castitátis

accíngit. Optimam parat viam Dómino : qui cogitatiónes suas avarície flúctibus estuántes, seréne consciéntie tranquillitáte compéscit. Viam Dómino parat : qui ydolórum vana atque ómnium superstitiónum figménta concúlcans, unum Dei vivi cultum et fidem veritátis inquírit.

[*Cetera ut supra notatum est.*][154]

# ℭ *Sancti Leonis pape*[155] *et confessoris.*

(*xxviij. Junii.*)

*Oratio.*

DEus qui beátum Leónem pontíficem sanctórum tuórum méritis coequásti : concéde propícius, ut qui commemoratiónis ejus festa percólimus,[156] vite quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

## ℭ *Memoria de sancto Johanne.*

*Ant.* Inter natos. *ut supra j.* {584}.

[℣. Fuit homo.] {575}.[157]

*Oratio ut supra.* {579}.

ℭ *Ad matutinas iij. lectiones cum nocturno (ubicunque extra dominicam vel festum Trinitatis vel octavas Corporis Christi evenerit licet infra octavas Corporis Christi evenerit, nisi quando octave fiunt cum regimine chori) propter vigiliam,* [*cetera*][158] *omnia fiant de festo usque ad missam que erit de vigilia.*

[*Et si hec vigilia infra octavam de Corpore Christi forte contigerit fiant tunc memoria de sancto Leone.*

*Invitatorium duplex et* Te Deum. *sine nocturno.*][159]

*Lectio prima.*

LEo júnior natióne Sículus ex patre Paulo, sedit papátus cáthedra ménsibus decem : diébus decem et septem. Hic fuit vir eloquentíssimus : et in divínis Scriptúris sufficiénter instrúctus, Greca Latináque lingua erúditus, cantiléna ac psalmódia precípuus, lingue quoque eloquéntia scolásticus, exhortátor ómnium bonórum óperum, que plebi florentíssima ingerébat sciéntia : paupertátis amátor, et erga ínopum provisiónem non solum mentis pietáte, sed et stúdii sui labóre sollícitus.

*Lectio ij.*

HIc Leo suscépit sanctam sextam synódum, que per Dei providéntiam nuper in régia urbe celebráta est : simúlque cum eo legáti sedis apostólice, et duo patriárche, id est Constantinopolilánus et Antiochénus

atque centum quinquagínta epíscopi. Quam étiam Greco elóquio conscríptam : studiosíssime in Latínum tránstulit. Hec synódus acta est, exequénte ac residénte piíssimo ac clementíssimo magno príncipe Constantíno : intra regále palátium ejus. In qua condemnáti sunt herétici, qui unam tantum voluntátem et operatiónem in Dómino Jesu Christo dicébant vel predicábant : cum duas voluntátes et operatiónes in ipso cathólica credat et prédicet ecclésia.

*Lectio iij.*

HUjus beatíssimi pape tempóribus, percurrénte jussióne clementíssimi príncipis, restitúta est ecclésia Ravénne sub ordinatióne sedis apostólice : ut defúncto archiepíscopo, qui eléctus fúerit juxta antíquam consuetúdinem in civitátem Románam véniat ordinándus. Hic fecit constitútum quod in archíva ecclésie Románe continétur, ut qui ordinátus fúerit archiepíscopus : nullam consuetúdinem pro usu pállii, aut divérsis offíciis ecclésie persólvere débeat. Hic sepúltus est ad beátum Petrum apóstolum : sub die quarto kaléndas Július.

## ℂ *Memoria de sancto Johanne.*

*Ant.* Tu puer. *ut supra ij.* {584}.

℣. Fuit homo. {575}.

*Oratio ut supra.* {579}.

*Cetera omnia ad vesperas et ad matutinas et ad alias horas de communi unius confessoris et pontificis dicuntur.* [791].



# ℂ *In vigilia apostolorum Petri et Pauli.*

(*xxviij. Jun.*)

## *Ad vesperas.*

*Super psalmos.*

AS:439; 1520-S:11v; 1531-S:62r.[160]

Ant. VIII.i.




4454.



e-di-fi-cá- bo ec- clé- si- am me- am. S. A. E.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* (*Actuum xij.* [5.])

PEtrus quidem servabátur in cárcere : orátio autem fiébat sine intermissióne ab ecclésia ad Deum pro eo.

AS:440; 1520-S:11v; 1531-S:62r.[161]

6340. Resp. I.



COrné- li- us * centú- ri- o vir re-li-gi- ó- sus



ac ti-mens De- um vi-dit ma-ni-fés-te ánge- lum



De- i di-céntem si- bi. †Corné- li mitte



et accérsi Symó- nem qui cognomi-ná- tur Pe- trus.



‡Hic di- cet ti- bi quid te opórte- at fá-ce-

 6340a.

re. ℣. Cum o-rásset Corné- li- us nondum



in Christo re-ná- tus : appá-ru- it e- i ánge-lus di-cens.



†Corné- li. ℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-



tu- i Sancto. ‡Hic di-cet.

[*Hic cantus sequens dicitur super hunc hymnum ad utrasque vesperas et ad matutinas et in octava ad vesperas sed non ad matutinas.*][162]

HS:157r; 1520-S:12r; 1531-S:62r.[163]

Hymn. I.

 8268.

AU-re-a lu-ce * et de-có-re ró-se- o, Lux lu- cis



omne perfu-dís-ti sé-cu-lum : De-có-rans ce-los íncly-to



martý-ri- o, Hac sa-cra di- e que dat re- is vé-ni- am.


2. Já- ni-tor ce-li doctor or-bis pá-ri- ter, Jú-di- ces se-cli
ve-ra mundi lúmi-na : Per cru-cem al-ter alter ense tri- úm-
phans, Vi-te se-ná- tum laure- á-ti póssi-dent. 3. Jam bone
pastor Petre cle-mens ácci- pe, Vo-ta pre-cán-tem et pec-
ca-ta víncu-la : Re-sól-ve ti-bi po-testá-te trá-di-ta, Qua
[62v.] cunctis ce- lum verbo claudis á-pe-ris. 4. Doc-tor egré-gi- e
Paule mo-res ínstru- e, Et men-te po- lum nos transfér-
re sá-ta-ge : Donec perféc-tum largi- á-tur plé-ni- us, E-


va- cu- á- to quod ex parte gé-rimus. 5. O- li-ve bi-ne pi- e-
tá- tis ú-ni- ce, Fi-de de-vó- tos spe robústos máx-ime :
Fonte replé-tos ca-ri-tá-tis gémi-ne, Post mor-tem car-nis
impetrá-te ví-ve-re. 6. Sit Tri-ni-tá-ti sempi-térne gló-ri-
a, Honor po-tés-tas atque ju-bi- lá-ti- o : In U-ni-tá-te
cu- i ma-net impé-ri- o, Ex tunc et mo-do per e-térna
sé-cu-la. Amen.

[*Hic cantus sequens dicitur per octavas tam ad vesperas quam ad matutinas super hunc hymnum, et in octavis ad matutinas tantum.*][164]

HS:158v; 1520-S:12r; 1531-S:62r.[165]

8268.




pec-cá- ti víncu-la : Re- sólve ti-bi po-tes-tá-te trá-
di-ta, Qua cunctis ce- lum verbo claudis á-pe-ris.
4. Doc-tor egré- gi- e Paule mo-res ínstru- e, Et mente
po-lum nos transfér-re sá-ta-ge : Do- nec per-féctum largi-
á- tur plé-ni- us, E- va-cu- á- to quod ex parte gé- rimus.
5. O- li-ve bi-ne pi- e- tá- tis ú-ni-ce, Fi-de de-vó-tos
spe ro-bús-tos máx-ime : Fon-te re-plé-tos ca-ri- tá- tis
gé-mi-ne, Post mor-tem car-nis impetrá-te ví-ve-re.




8227. ℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc petram edificábo ecclésiam meam.

AS:440; 1520-S:12v; 1531-S:62v.

1656. Ant. VIII.i.




*Oratio.*

Deus qui [nos][166] beatórum apostolórum tuórum Petri et Pauli gloriósa natalícia preveníre concédis : tríbue quésumus, eórum nos semper et benefíciis preveníri et oratiónibus adjuvári. Per Dóminum.

*Nulla fiat memoria de sancto Johanne ad has vesperas nec ad matutinas neque ad secundas vesperas.*

℄ *Ad completorium omnia fiant sicut in festo sancte Trinitatis.* [397].

# [*In natali apostolorum.*]

(*xxix. Jun.*)[167]

## ℄ *Ad matutinas.*

AS:441; 1520-S:12v; 1531-S:62v.[168]

Invit. IV.v.



1051.

CHristum * Re- gem re-gum a-do-ré- mus Dó-



mi-num. †Qui martý-ri- o cru- cis be- á- tum glo-ri- fi-



cá- vit Pe- trum a- pós-to-lum. *Ps.* Ve-ní-te. 24*.

*Hymnus.* Aurea luce. {605}.

## ℄ *In j. nocturno.*

AS:441; 1520-S:12v; 1531-S:62v.[169]

1. Ant. I.i.



3271.

IN pla-té- is * pone-bán-tur infír-mi in léctu- lis




AS:441; 1520-S:13r; 1531-S:62v.[170]

1317. 2. Ant. II.i.



AS:441; 1520-S:13r; 1531-S:62v.[171]

3. Ant. III.ii. 4283.




(*xliiij.*) [206].

℣. In omnem terram exívit sonus eórum. 8097.

℟. Et in fines orbis terre verba eórum.

*Lectio j. Leo papa serm. j. de istis apostolis.*[172]

OMnium quidem sanctárum solennitátum dilectíssimi totus mundus est párticeps et unius fidei pietas exígit : ut quicquid pro universórum salúte gestum recólitur, commúnibus ubíque gáudiis celebrétur. Veruntámen hodiérna festívitas, preter[173] illam reveréntiam, quam toto orbe proméruit, speciáli et própria nostre urbis exultatióne veneránda est : ut ubi precipuórum apostolórum glorificátus est éxitus, ibi in die martýrii eórum sit letície principátus. Isti sunt viri : per quos evangélium Christi tibi, Roma, resplénduit. Et que eras magístra erróris : facta es discípula veritátis.

AS:442; 1520-S:13r; 1531-S:62v.[174]

7674.




7674a.

*Lectio ij.*

ISti sunt sancti patres tui veríque pastóres, qui te regnis celéstibus inseréndam, multo mélius multóque fórtius et felícius condidérunt, quam illi quorum stúdio prima ménium tuórum fundaménta locáta sunt : e

quibus is qui tibi nomen dedit fratérna te cede fedávit. Isti sunt qui te ad hanc glóriam provexérunt, ut gens sancta, pópulus eléctus, cívitas sacerdotális et régia, per sacram beáti Petri sedem caput orbis effécta : látius presíderes religióne divína quam dominatióne terréna. Quamvis multis aucta victóriis jus impérii tui terra maríque Roma pretuléris : minus tamen est quod tibi béllicus labor súbdidit, quam quod pax Christiána subjécit.

AS:442; 1520-S:13v; 1531-S:62v.[175]



*Lectio iij.*

DEus namque bonus, justus, omnípotens, qui misericórdiam suam humáno géneri nunquam negávit, omnésque in commúne mortáles ad cognitiónem sui abundantíssimis semper benefíciis erúdivit, voluntáriam errántium cecitátem et proclívem in deterióra nequítiam, secretióri consílio et altióre pietáte miserátus est, mitténdo Verbum suum equále sibi atque coetérnum quod caro factum ita divinitátis natúram natúre únivit humáne : ut illíus ad ínfima inclinátio, nostra fíeret ad summa provéctio. Ut autem ejus inenarrábilis grátie per totum mundum diffunderétur efféctus,
[63r.] Románum regnum divína providéntia preparávit. Cujus ad eos límites increménta sunt perdúcta : quibus cunctárum undíque géntium vicína et contígua esset univérsitas. Dispositio[176] enim divínitus óperi máxime congruébat, ut multa regna uno confederaréntur[177] império, et cito pérvios habéret pópulos predicátio generális : quos uníus téneret régimen civitátis. Hec autem cívitas ignórans sue provectiónis auctórem, cum pene ómnibus dominarétur géntibus, ómnium géntium serviébat erróribus, et magnam sibi videbátur suscepísse religiónem : quia nullam respúerat falsitátem. Unde quanto erat per dyábolum tenácius alligáta[178] : tanto per Christum est mirabílius absolúta.

AS:442; 1520-S:13v; 1531-S:63r.[179]

7649. 3. Resp. VI.





pro te. ℣. Si o-por-tú-e-rit mémo-ri te- cum 7649a.



non te ne-gá- bo. †Et á-nimam.

℣. Glória. 94*. †Et ánimam.

## ℭ *In ij. nocturno.*

AS:443; 1520-S:14r; 1531-S:63r.[180]

4. Ant. IV.i.



FActum est * ut que-dam discí-pu-la nómi-ne Thá- 2844.



bi-ta ple-na opé-ri-bus bo-nis et e-le-mó-sy-nis infir-



má-ta mo-re-ré-tur : mi- sé-runt autem discí-pu-li ad



Petrum ro-gántes : ne pigri-té- ris ve-ní-re usque ad nos.



*Ps.* Omnes gentes. (*xlvj.*) [208].

AS:443; 1520-S:14r; 1531-S:63r.[181]

1295. 5. Ant. V.i.




(*lx.*) [227].

AS:443; 1520-S:14v; 1531-S:63r.[182]

4304. 6. Ant. VI.






℣. Constítues. [655].

*Lectio iiij.*

CUm duódecim apóstoli per Spíritum Sanctum ómnium locutióne linguárum, imbuéndum evangélio mundum distríbutis sibi terrárum pártibus suscepíssent : beatíssimus Petrus princeps apostólici órdinis ad arcem Románi destinátur impérii, ut lux veritátis que in ómnium géntium revelabátur salútem, efficácius se ab ipso cápite per totum mundi corpus effúnderet. Cujus autem natiónis hómines in hac urbe tunc non essent, aut que usquam gentes ignorárent quod Roma didicísset ? Hic colluctántes philosóphie opiniónes, hic dissolvénde[183] erant terréne sapiéntie vanitátes, hic confutándus demónum cultus, hic ómnium sacrificiórum impíetas destruénda : ubi diligentíssima habebátur superstitióne colléctum, quicquid usquequáque fúerat vanis erróribus institútum.

AS:443; 1520-S:14v; 1531-S:63r.[184]

4. Resp. VII.









7788a.




*Lectio v.*

AD hanc ergo tu urbem, beatíssime Petre apóstole, veníre non métuis : et consórte glórie tue Paulo apóstolo aliárum adhuc ecclesiárum ordinatiónibus occupáto : silvam istam freméntium bestiárum, et turbulentíssime profunditátis oceánum, constántior quam cum super mare graderéris, ingréderis. Nec mundi dóminam times Romam : qui in Cáyphe domo expáveras sacerdótis ancíllam. Nunquid aut judício Pyláti, aut sevícia Judeórum minor est, vel in Cláudio potéstas, vel in Neróne crudélitas ? Vincébat ergo matériam formídinis vis amóris, nec estimábas terróri cedéndum : dum horum salúti consúleres : quos suscéperas diligéndos. Hunc autem intrépide charitátis afféctum beáte Petre jam tunc profécto concéperas : quando conféssio tui amóris in Dóminum trine interrogatiónis est solidáta mystério. Nec áliud ab hac mentis tue intentióne quésitum est : quam ut pascéndis ejus quem dilígeres óvibus cibum, quo ipse eras opiniátus, impénderes.

AS:444; 1520-S:15r; 1531-S:63r.[185]




7787.

7787b.

*Lectio vj.*

AUgébant quoque fidúciam tot signa miraculórum : tot dona carismátum atque experiménta virtútum. Jam pópulos qui ex circun-
[63v.] cisióne credíderant erudíeras : jam Anthiochénam ecclésiam, ubi primum Christiáni nómini dígnitas est orta fundáveras, jam Pontum, Galáthiam, Capadóciam, atque Bithíniam légibus evangélice predicatiónis impléveras. Nec ut dúbius de provéctu opéris, aut de spácio tue ignárus etátis : tro-

phéum crucis Christi Románis árcibus inferébas. Quo étiam beátus coapóstolus tuus et speciális magíster géntium Paulus occúrrens : eódem tibi consociátus est ánimo. Duo ígitur ista preclára divíni séminis gérmina in quantam sóbolem pullulárunt, beatórum mártyrum mília protestántur, que apostolicórum émula triumphórum, urbem nostram purpurátis latéque rutilántibus pópulis ambiérunt : et quasi ex multárum honóre gemmárum consérto, dyademáte uno coronavérunt. De quo presídio dilectíssimi divínitus nobis preparáto : universáliter quidem in ómnium sanctórum commemoratióne letándum est, sed in horum excelléntia patrum mérito est exultántius gloriándum, quos grátia Dei in tantum ápicem provéxit, ut eos in córpore cui caput est Christus quasi géminum constitúeret lumen oculórum. De quorum méritis, que omnem loquéndi súperant facultátem, nichil divérsum, nichil debémus sentíre discrétum : quia illos et eléctio pares, et labor símiles, et finis fecit equáles.

AS:444; 1520-S:15r; 1531-S:63v.[186]

7382.



7382a.




℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fi-li- o : et Spi-rí-tu- i



Sanc- to. †Pas- ce.

## ℂ *In iij. nocturno.*

AS:445; 1520-S:15v; 1531-S:63v.[187]

7. Ant. VII.i.



C-Orné- li- us * centú- ri- o vir re-li-gi- ó-sus ac 1932.



ti-mens De- um vi-dit ma- ni-féste ánge- lum De- i



di-céntes si-bi : Corné- li mitte et accérsi Symónem qui



cognomi-ná- tur Petrus : hic di-cet ti-bi quid te o- pórte- at



fá-ce-re. *Ps.* Confitébimur. (*lxxiv.*) [248].

AS:445; 1520-S:15v; 1531-S:63v.

1445. 8. Ant. VIII.i.



A- pé-ri- ens * Petrus os su- um dix-it : In ve-ri-



tá- te cómpe- ri quó-ni- am non est perso-ná-rum



ac- céptor De- us : sed in omni gente qui ti-met



De- um et ope-rá-tur justí-ci- am accéptus est il-li.



*Ps.* Dóminus regnávit exúltet. (*xcvj.*) [278].

AS:445; 1520-S:15v; 1531-S:63v.[188]

1274. 9. Ant. I.vi.



A D-huc * loquénte Pe-tro ce-cí-dit Spi- ri- tus-



sánctus su-per om- nes qui audi- é-bant verbum, et e-rant




